
WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

# FRANC. ERN. BRVCKMANNI,

MED. DOCT. ACAD. CÆSAR. NAT. CVR. ET SOC. REG. PRVSS. SCIENT. COLLEG. ET PRACTIC. WOLFFENB.

*EPISTOLA ITINERARIA I.*

DE

# BIBLIOTHECIS VINDOBONENSIBVS PRAECIPVIS,

AD

*VIRVM NOBILISSIMVM ATQVE AMPLISSIMVM DOMINVM*

DOMINVM

## LAVRENTIVM HERTEL,

SERENISS. DVCIS BRVNSV. ET LVNEB. CONSILIARIVM A LEGATIONIBVS SPLENDIDISSIMVM ET BIBLIOTHECAE GVELPHERBYTANAE PRAEFECTVM ET DIRECTOREM CELEBERRIMVM,

FAVTOREM OMNI AMORIS ET HONORIS GENERE MAXIME PROSEQVENDVM.



*CVM FIG. ÆN.*

WOLFFENBVTTELAE, ANNO CHRISTI 1728.



## VIR NOBILISSIME ATQVE AMPLISSIME,

## FAVTOR OMNI HONORIS ET AMORIS CVLTV MAXIME DEVENERANDE!

CVm hinc inde amici eruditi, qui quasdam de itinere nostro per Germaniam & Hungariam Annis 1723, 1724 & 1725, cupiditate admiranda naturæ & artis videndi facto, observationes in sic dictis Uratislaviensium Annalibus Physico-Medicis (vulgo Sammlungen von Natur und Medicin, wie auch hierzu gehörigen Kunst-und Literatur-Geschichten/ rc.) non sine voluptate viderunt, rogaverunt, ut totum itinerum nostrorum cursum cum observationibus & Physicis & Medicis, & Politicis & Literariis & reliquis tunc temporis nobis obviis factis cum orbe curioso erudito communicare non detrectaremus, eorum petitis satisfacere & gratificare libenter proposuimus. Uno volumine statim certe prodirent totum diarium, omniaque lectu memoratuque digna a nobis observata, dummodo bibliopola quidam sumtus subministrare vellet, horum autem defectu, animum induximus, ad modum epistolarum itinerariarum Tollii, memoratu dignissima in certas quasdam breves epistolas distribuere & in commune conferre.

ferre. Prima hinc epiſtola de Bibliothecis Vindobonenſibus ad TE, VIR NOBILISSIME atque AMPLISSIME, *Bibliothecæ Guelpherbytanæ Præfecte celeberrime*, dirigitur, nec ingrata ſperamus TIBI fore, quæ de his, cum bibliothecas in deliciis maximopere habeas, obſervavimus & TEcum communicavimus. Primo merito loco ſtant binæ *Bibliothecæ Cæſareæ*, antiqua nempe & nova, prior dicitur communiter magna, ſita e regione domus pilæ luſui dicatæ; Codices & libri, quorum volumina plus quam 100000 numerantur, in varia conclavia ſunt diſtributi; hic videndus & legendus omnium facultatum, omnium ſcientiarum, omnium artium, omnis literaturæ ditiſſimus theſaurus librorum, & impreſſorum & manuſcriptorum; ad ligaturam quod attinet, non una eademque, mox enim occurrit volumen albiſſima nitidiſſimaque charta pergamena tectum, mox aliud duriſſimo ſuillo corio incluſum; mox aliud eleganti Gallico & Anglico veſtitu ſuperbum, & ſic porro. Liber rariſſimus, quem Bibliothecæ Secretarius, cum de Galeni proſapia nos eſſe inaudiviſſet, nobis monſtravit, erat vetuſtisſimus codex Dioſcoridis Græcus, quem non in hac tantum inſtructisſima Bibliotheca, ſed & in tota Europa rarisſimum librum manuſcriptum eſſe referebat. Forma externa erat folii majoris, literæ autem ſolitis omnes multo majores chartæ pergamenæ optimæ inſcriptæ, figuræ autem plantarum & icones elegantiſſimæ, multo ſtudio & labore aſſiduo ad vivum coloribus optimis & ſuaviſſimis depictæ, oculis arridebant; Codicem hunc Busbequius in Regno Turcico Conſtantinopoli apud Judæum quendam invenit, pretio centum Ducatorum aureorum ab eo emit & Bibliothecæ huic inclytæ, tanquam pretioſiſſimum theſaurum, tradidit, ſeculo poſt Chriſtum natum quarto in Græcia confectum, & ſic plus quam mille & aliquot centum annos antiquiorem narrabat ſupra jam dictus Dominus Secretarius. Petrus Lambecius, vir eruditione præclarus, qui, cum ſecunda & proſpera ei in patria ſua non affulgerent fata, cum loco & religionem mutavit, Viennæ autem Auſtriæ ſtudio indefeſſo & labore incomparabili catalogum & deſcriptionem Bibliothecæ Cæſareæ auguſtiſſimæ moliebatur, edidit quoque VII. tomos librorum Græcorum, reſtant autem adhuc plures, quorum ne titulo quidem mentionem injecit, in folio; ſed dolendum, cum vix hoc nobiliſſimum & eruditis omnibus exoptatiſſimum inchoaviſſet opus, mors filum vitæ nimis cito præſecuit, & ſic incompletum ad hæc noſtra tempora permanſit. Sepoſito numero innumero librorum, oculos exhilarabant duo numiſmatibus, quorum copia 16000. tranſcendit, & antiquis & hodiernis, & indigenis & exoticis, aureis,

 argen-

argenteis, æreis & ex alio metallo cufis, repleta fcrinia, juxta ac res quædam naturales curiofæ & artefactæ antiquæ, de quibus merito recenfemus dentem magnæ molis, aliquot librarum civilium pondere, molarem foffilem, quem licet pro giganteo venditant quidam, differentiam tamen inter hunc & elephantinum vix monftrare poterunt. Inter fructus exoticos rariores fe offert nux Cocus duplex, feu binæ nuces majores Cocus dictæ ad invicem a natura adnatæ, ac fi glutine vifcido firmatæ effent. Inter antiquitates videri meretur inftrumentum facrificiis olim Arabibus ufitatum, repræfentat fecurim vel afciam, loco aciei chalibeæ eft lapis in formam Ceauniæ exafciatus & fabricatus, materia autem ejusdem videtur marmor nigricans vel ferpentinum; manubrium ligneum in parte fuperiori, lapidi vicina, ornatu laneo variegato veftitur. Nec ex memoria deponendum vitrum quoddam pellucidum vel potius cryftallum magicum, per quod venefici & magi apparitiones diaboli videre, converfationes & colloquia cum fpiritibus malæ & damnatæ notæ habere folere creduntur. Pofterior Bibliotheca Cæfarea Vindobonenfis, quæ refpectu prioris parva eft, locum in præfenti habet in Palatio Cæfareo, numerat tantum 12000. volumina, cum e contrario libri prioris auguftæ bibliothecæ, mox ante paululum adumbratæ, nondum unquam exacte numerati fint, quapropter nec certum & definitum de iis numerum exhibere poffumus, hoc interim certum manet, eam ex plus quam 100000. voluminibus conftare. Hunc pofteriorem librorum apparatum gloriofiffimus Romanorum Imperator, femper auguftus, *Carolus VI.* pro 300000. thaleris Anno 1720. modo emit, cum antea ad Illuftriffimum Baronem de Hohendorff Bruxelenfem pertineret, cum autem hic tunc temporis, Annis 1723. & 1724. nondum ex ciftis, in quibus Viennam Auftriæ transportatus, expofitus erat, eum videre non licuit. Anno 1723, 1724 & 1725 ædificium, admodum fplendidum poft Monafterium Ordinis Eremitarum fancti Auguftini ad latus Palatii Cæfarei exftruebatur pro capiendis his duabus egregiis bibliothecis, an jam translatæ? pro certo affirmare non quimus. Primarius Cæfarearum bibliothecarum director eft Pius Nicolaus de Garelli, Phil. & Med. Doct. Regii primique in Lufitania ordinis de habitu Chrifti eques & in Patria Bononienfi univerfitate publicus Med. Prof. Romanorum Imperatoris *Caroli VI.* confiliarius & archiater. Sumtus, quos Sac. Cæfar. Majeftas quotannis harum bibliothecarum confervationi & augmentationi dedicavit, fummam 12000 florenorum Imperialium implent, quæ partim in falarium datur Directori, Secretariis & bibliothecæ miniftris, par-

tim

tim etiam ad emtionem novorum recens editorum librorum & literarum commercium, quod vulgo correfpondentiam vocant, cum eruditis exteris confervandum, infervit. Happelius in Relationibus fuis curiofis Part. II. p. 325. it. Valentini in Mufei Mufeorum Part. II. p. 3. delineationem æri incifam prioris auguftæ bibliothecæ quidem dederunt, fed cum collationem tabulæ æneæ cum bibliotheca ipfa inftitueremus, nec ullam analogiam invenire poffemus, firmiter hinc credimus, tales picturas effe in cerebro faltim natas. Alias quædam legenda de hac inclyta bibliotheca in Edward Browns Itinerario pag. 242. cujus figura eadem nobis effe videtur cum fupra allegata Happelii & Valentini, & in Tollii Epift. Itinerar. IV. pag. 99. &c. it. pag. 118. &c. Poft Cæfareas vifu digna eft *Bibliotheca Sereniffimi fortiffimique Herois, Principis & Ducis Sabaudiæ, Eugenii*, Præfidis Collegii bellici Cæfarei, Generalis locum tenentis & Gubernatoris Belgii Auftriaci &c. hæc continet omnium facultatum & omnium materiarum fcientiarumque & artium libros felectiores, rariores & pretiofiores, elegantiffima aurata Gallica tunica veftitos, inprimis autem ingentem copiam & farraginem codicum Italo fermone confcriptorum. Bibliothecarius quoque natus eft Italus, qui nec Teutonicam, nec Latinam, nec Orientales, nec aliam, nifi patriam Romanam fermone proferre poteft linguam; Latinam quidem puer didicerat, cum vero fpatio 36. annorum eam non eloquutus amplius, jam oblitus eft. Quæfivimus ex eo inter alia, quinam rariores effent libri hujus bibliothecæ? & quidnam præcipue memoratu & notatu dignum de ifta effet? fed refponfum nobis dedit ex Tacito, & ipfe forfan nefcivit, nec librorum notitiam habuit. Haud paucas jam vidimus bibliothecas, fed ejusmodi bibliothecarium nullibi invenire contigit. Nil fic amplius de hac addere poffumus, quam quod per tria diftributa fit conclavia.

De fequenti, nempe *Windhagiana*, licet non tam fpeciofa, plura communicabimus. Sub initium adducemus verba Burcardi Gotthelffii Struvii, quæ proftant in ejus introductione in notitiam rei literariæ & ufum bibliothecarum Cap IV. de Bibliothecis Germanorum §. 1. pag. 132. Privatis curis collecta Viennæ, fed publico deftinata eft Windhagiana Bibliotheca, Dominicanorum monafterio nexa. Auctor illius Windhagius, tenui forte natus, patronorum liberalitate ad ftudia incitatus, in tantum promotus, ut Doctoris jura impetraret, Advocati poftea, & demum Confiliarii Cameræ munus fubiret; opibus autem ita crefcebat, ut fuis nonfolum bene profpiceret, fed etiam hanc bibliothecam

ſuam in uſum potiſſimum ſtudioſorum pauperum deſtinaret. Patet itaque ſingulis diebus per certas horas, & facultas utendi libris conceditur, ſub banni nota tamen prohibetur, librum exinde nec mutuo ſumere. Numerus librorum adeo magnus non eſt, & potiſſimum libris juridicis & humanioris litteraturæ quibusdam eſt referta; ſingularem habet præfectum, licet etiam Dominicani ſupremam curam ſibi vindicent. Agit de eadem Joh. Chriſtoph. Wagenſeilius epiſtola de Hidraſpide ſua, & auctor relationis vom Käyſerl. Hofe zu Wien pag. 16. His Struvii verbis ſequentia addemus: Hæc bibliotheca locum habet in monaſterio Dominicanorum, & narratur Dominus Comes de Windhagen, quem Struvius advocatum nominavit, teſtamento Dominicanis iſtam conſecraſſe & dono dediſſe. Singulis ſeptimanis per tres dies aperitur, nempe diebus Lunæ, Mercurii & Veneris, horis antemeridianis a nona usque ad undecimam, pomeridianis vero a ſecunda usque ad quartam, quo tempore cuilibet intrare permiſſum eſt, & quo tempore quoque quilibet apparatu librario pro lubitu uti poteſt. Continentur libri in tribus ſat capacibus conclavibus, primum monſtrat Philoſophicos & Medicos, nec non Mathematicos, quorum haud parvus adeſt numerus; aliquot mathematicis inſtrumentis & machinis referta ſcrinia; binos haud parvos globos; ſcrinium dives nummarium, quod oculorum viſui offert aliquot millia numismatum, nummos antiquos Hebræorum, Arabum, Græcorum, Romanorum, aliorumque populorum & gentium; Catalogus horum manuſcriptus ſat prolixum præbet librum in folio, quem ibi videre licet. Duos embryones aliquot menſium in ſpiritu vini balſamico aſſervatos, quorum uni ſequens adjecta eſt inſcriptio:

Generatio mea ablata eſt, & convoluta eſt a me, quaſi tabernaculum paſtorum.

Iſaiæ Cap. XXXVIII. verſ. 12.

Mein Geburth iſt von mir hinweg genommen/ und zuſammen gewicklet/ wie ein Hirten Hütlein.

Alteri vero:

Præciſa eſt velut a texente vita mea, dum adhuc ordirer, ſuccidit me.

Iſaiæ Cap. XXXVIII. verſ. 12.

Mein Leben iſt gleichwie von einem Weber abgeſchnitten/ er hat mich abgehauen/ da ich erſt anfing.

Aliquot

Aliquot brutorum ſceleta; monſtrum humanum, ſectione Cæſarea, matre mortua, ex utero in lucem tractum, duobus capitibus, quatuor manibus & tribus pedibus, absque ullo generationis organo, quod cum rariſſimum ſit, copiam ejus depictam ærique inciſam ſimul adjecimus. vid.Fig. Bibliothecæ præfectus nullam nobis dare poterat informationem, unde & quo tempore? firmiter autem credimus, eſſe idem monſtrum, cujus Theatrum Europæum Part. II. Anno 1631. pag. 510. ſequentibus mentionem injecit. d. 28. Nov. 1631. iſt zu Wien vor dem Schottenthor ein monſtröſiſche Geburt an die Welt gebracht worden/ mit 4. Händen/ 2. Köpffen und 3. Füſſen/ hat 2. Tage gelebet/ und iſt von viel 1000. Menſchen mit groſſen Schrecken und Entſetzen angeſchauet worden. Parallelum monſtrum huic ferme plane ſimile videndum erat Anno 1642. Menſe Mart. in Comitatu Hanovienſi, cujus etiam mentio injecta eſt Theatro Europæo part. IV. pag. 813. 814. cum fig. Tria lege artis optime combinata ſceleta maſculini generis, primo inſcripta leguntur hæc verba:

Omnia oſſa dicent, Domine, quis ſimilis tibi?

Pſalm. XXXIV. verſ. 10.

Alle Gebeine ſollen ſagen/ Herr! wer iſt dir gleich?

Secundo, cujus corpus capite truncatum:

Juſtus Dominus concidit cervices peccatorum.

Pſalm. CXXVIII. verſ. 4.

Der Herr/ der gerecht iſt/ hat den Nacken der Sünder abgeſchnitten.

In conclavi ſecundo aſſervantur libri Juridici, duo globi minores ac ſcrinium variis rebus naturalibus, præcipue mineralibus, refertum, quod vero, cum neque inſpector neque miniſter mineralium iſtorum notitiam haberent, erubeſcebant monſtrare, & ſic contenta iſtius ſcrinii non vidimus. Tertium & ultimum conclave continet libros Romano-catholicos, inſimul & prohibitos hæreticosque. Bibliothecæ præſunt duo bibliothecarii, alter religioſus Dominicanorum ordini adſcriptus, alter non religioſus (ein geiſtlicher und weltlicher Bibliothecarius) & unus miniſter Bibliothecæ, qui juſſus libros porrigit & monſtrat.

Sequitur quarta & ultima Vindobonenſis bibliotheca, memoratu digna, poſſeſſor eſt perilluſtris, magnificus, ſpectabilis & excellentiſſimus Dominus *Pius Nicolaus de Garelli*, Phil. & Med. Doct. Regii, primique in Luſitania ordinis de habitu Chriſti eques, in patria Bononienſi Univerſitate ad cathedram eminentem conductus publicus & primarius

Med.

Med. Prof. Augustissimi Romanorum Imperatoris atque catholici Hispaniarum Regis *Caroli VI.* consiliarius & archiater, Cæsarearum bibliothecarum primarius director, nec non inclytæ Facultatis Medicæ Viennensis Decanus spectabilis. Hic vir perillustris inter omnes eruditos, qui Viennæ Austriæ degunt & vivunt, instructissimam & optimam habet bibliothecam ex rarissimis & selectissimis libris conflatam, non impressis tantum, sed & manuscriptis. Parens ejus, Joh. Baptist. de Garelli, pariter personæ Cæsareæ Majestatis Archiater eam colligere incepit, filius vero antedictus postea, cum iter faceret per totam Germaniam, Belgium, Angliam, Galliam, Portugalliam, Hispaniam, Italiam, aliasque Europæ provincias multo auctiorem & locupletiorem eam reddidit; felix ille, qui gratiam habet videndi istam, nec non rarithecium rerum naturalium curiosarum omnium naturæ regnorum, præcipue vero marini, quarum admodum magnum cumulum in itineribus suis acquisivit. Vir est occupatissimus, quapropter raro contigit, aliquid apud eum videre, specialia hinc de hac inclyta bibliotheca & admodum celebri adducere non possumus. Hæc sunt, quæ de bibliothecis Vindobonensibus Annis 1723 & 1724, quibus Viennæ viximus, inaudivimus partim, partim & vidimus. Vale, *Vir Nobilissime atque Amplissime*, vive diu, reipublicæ literariæ ornamento & bibliothecæ Guelphicæ augmento.

Wolffenbüttelæ d. 1. Octob. 1728.



# FRANCISCI ERNESTI BRÜCKMANNI,

MED. DOCT. ACAD. CÆSAR. NAT. CUR. ET SOC. REG. PRUSSIC. SCIENT. COLLEG. ET PRACTICI WOLFFENBUTT.

# EPISTOLA ITINERARIA II.

*DE*

# CHRYSOCOLLA NEOSOLIENSI HUNGARICA,

AD

VIRUM NOBILISSIMUM ATQUE DOCTISSIMUM,

*DOM. DOM.*

## JOHANN. HEINRIC. LINCK,

ACAD. CÆSAR. LEOPOLD. CAROLIN. NAT. CURIOS. COLLEGAM, CHYMICORUM CORYPHÆUM CELEBERRIMUM, ET PHARMACOPOEORUM LIPSIENSIUM ET TOTIUS GERMANIÆ PRINCIPEM, RERUM NATURALIUM ÆSTIMATOREM SUMMUM,

*AMICUM MAXIME COLENDUM.*



---

WOLFFENBUTTELÆ, ANNO CHRISTI 1728.



# VIR NOBILISSIME ATQUE DOCTISSIME, AMICE MAXIME COLENDE!

QUas ad nos, Vir nobilissime, haud nuper adeo, nundinis nempe solennioribus autumnalibus Lipsiensium, misisti res crusta tophacea inductas ex thermis toto orbe celebrioribus & ab Imperatore Carolo IVto gloriosissimæ memoriæ denominatis, desumtas, recte accepimus, iisque jam aptum locum in lithophylacio nostro dedimus; gratias pro istis remittimus maximas, cum desiderio præstandi Tibi vicissim quæcunque grata officiorum genera, simulque transcribimus modum, quem dudum a nobis expetiisti, conficiendi Bistricii in Hungaria sic dictam Chrysocollam seu viride montanum. Hic elegans color viridis in variis quidem, non Europæ tantum, sed & aliarum orbis regionum fodinis ærariis, aurariis, argentariis, plumbariis colligitur, primum tamen locum apud omnes meretur is, qui Neosolii in sic dicto oppidulo montano Herrengrund ex cu-

niculo quodam, aus einem Stollen/ cum aqua profluit & in, ad hunc colligendum, adaptatis canalibus & ciſtis quadratis ex aqua præcipitatur, corraditur & ſiccatur. Eſt autem Chryſocolla nihil aliud, quam minera æris dives (inops enim & pauper minera, Arm Kupffer-Ertz/ nullam largitur chryſocollam) vel metallum æris, quod ad ſummam maturitatem pervenit, (mineræ enim perfectæ & maturæ decreſcunt, uti reliquæ in toto terrarum orbe res, quod metallifoſſoribus peroptime notum eſt) putrefactum & ab aqua quadam accedente ſubterranea ſalſa, acida & acidula, corroſiva in pulverem viridem & ſmaragdinum corroſum & deſtructum. Hic modus generationis Chryſocollæ non differt a modo conficiendi & parandi Viride æris, hoc ex cupro ſtratificato cum vinaceis, quæ ſpiritum acidulum continent & effluviis ſuis ſtatim produnt, in Hiſpania paratur; hæc chryſocolla vero in in venis infra terram ærariis ex ære, accedente ſpiritu acido, ſalſo, corrodente optimas Veneris mineras, oritur; Viride æris arte in Hiſpania, Viride montanum in ſubterraneo naturæ laboratorio â naturâ conficitur, & quidem ambo ex ære ſeu Cupro. Et licet in diverſis metallifodinis, & auri, & argenti, & plumbi, hic color nativus viridis reperiatur, mineris dictorum metallorum adhærens, non tamen eſt proles genuina harum minerarum, ſed ſolius Veneris rutilantis filius; cauſam vero, cur in hiſce quoque fodinis & offendatur ſæpenumero chryſocolla, haud difficulter Tibi dabimus, examen enim harum minerarum chymicum & docimaſticum non fuſione tantum aurum, argentum & plumbum porrigit, ſed & Venerem optimam; cum vero Cuprum haud infrequenter a reliquis metallis ſeparatione non ſit dignum, prætereaque Sol & Luna metalla ſint Venere longe præſtantiora, quibus merito addimus, quod hocce metallum rutilans ex aliis venis minori ſumtu, minorique labore fundere & extrahere poſſimus, non adeo in conſi-

dera

derationem trahitur, ſed plerumque in iſtiusmodi mineris comburitur, inque auras ſic cum fumo avolat. Hinc ſunt, qui, cum accuratum & legitimum ſeparationis metallorum examen non inſtituerint, chryſocollam & prolem auri, argenti & Saturni nominant, quod nunquam facerent, vel unquam feciſſent, ſi legitime proceſſum tractandi & ſeparandi mineras & metalla inſtituiſſent. In valle Dominorum, Germanice Herrengrund/ oppidulo montano unico ſaltim milliari Neoſolio diſtante, eſt cuniculus, ein Stollen/ ex quo chryſocolla nativa cum aquis claris & pellucidis, quæ eandem in fodina quadam æris ditiſſima ex venis ærariis, ab acido humore corruptis & putridis quaſi, eluunt, elutriunt, lambunt, ſecumque in interſtitiis ſuis & poris abripiunt, profluit. Simul ac hæc aqua, chryſocollâ impraegnata, loca dereliquit ſubterranea & ſupra terram viſui ſe offert, per canales excavatos, ad ingentes ex ligneis aſſeribus conſtructas & fabricatas ciſtas, de ciſta iterum prima in ſecundam, ex ſecunda in tertiam, poſitis ſemper de ciſta ad ciſtam in plano inclinato canalibus parvis brevibus ligneis, progreditur vel ducitur. In his ciſtis aquæ tranſeuntes viridem chryſocollam, quam ſecum ex cuniculo dicto eduxerunt, ſenſim atque ſenſim deponunt, in prima ciſta craſſiorem, interdum arenulis adhuc aliisque impuritatibus commixtam, in ſecunda meliorem purioremque, in tertia optimam puriſſimamque. Hæc Chryſocolla, quæ ſenſim atque ſenſim in pulveris forma ſubſedit partim ad fundum, partim ad latera, inſtar cruſtæ firmæ & quaſi agglutinatæ ciſtis adhæret, decantatur poſtea aqua, cruſtæ virides ex canalibus & ciſtis effractæ in ſole ſereno æſtivali tempore ſiccantur & ad uſum ſervantur. Impurior & craſſior chryſocolla, ex primâ & cuniculo proximâ ciſtâ deraſa, obſcuriore, quam reliquæ duæ, gaudet viriditate, ſi ad uſum pictorum, his enim præcipue omnes tres, colore & puritate tantum differentes, ſpecies in uſu ſunt, adhibenda, prius iterum aqua clara diſſolvitur & ab

 admi-

admixtis heterogeneis depuratur particulis. Secunda aliquo modo purior primâ, coloremque habet medium inter primam & tertiam, non adeo obſcurum ac prima, nec adeo clarum ac lucidum, quam tertia, quæ optima, colore enim gaudet ſmaragdino oculis grato & eleganti, puritate autem ſuperat omnes, nec ullâ amplius, ſi in uſum trahenda, depuratione eget. Unico quoque tantum milliari Neoſolio diſtat ſic dicta Vallis Judicum, der Richter-Grund/ in qua etiam ex aqua eodem modo eademque methodo, ac in Valle Dominorum, hoc viride montanum colligitur, ſed non in tanta copia. Differentia tamen nulla inter hoc & illud obſervanda. Chryſocolla Armeniana, a patria cognominata, colorem Porri quod ad viriditatem referens, olim laudatiſſima erat & optima; poſtea Macedonica & dein Cypria; noſtris autem temporibus, cum antedictæ obſoletæ ſint nec amplius habendæ, Hungarica primatum inter omnes obtinet, pictores quoque, licet omni chryſocollâ utantur, hancce tamen Neoſolienſem reliquis multo præferunt, ut nihil dicamus de colore ſuaveviridi, ex ſolo ære oritur; chryſocolla enim, quæ in argenti fodinis reperitur, multo vilior hâc; quæ in plumbariis venis offenditur, adhuc multo ingratior; & quæ tandem ex auri mineris eruitur, omnium viliſſima & rariſſime in quantitate habenda; & licet omnes, uti jam ſupra innuimus, Venerem pro matre & materia ex qua agnoſcant, ſunt tamen deteriores omnes iſtâ, quæ ex Cupro corrupto & quaſi putrefacto originem trahit, ſunt enim heterogeneis particulis iſtorum metallorum & minerarum ſimul adhuc inquinatæ & conſpurcatæ. Armeniaca, Macedonica & Cypria, quæ olim uſitatiſſimæ erant, an eodem modo ex aqua ſint præcipitatæ? ac Hungarica, vel an ex mineris ſint deraſæ & lotæ? de hoc nullum apud ſcriptores iſtius ævi mentionem reperimus; nec etiam apud recentiores invenire licuit, an hodierna die ullibi terrarum tali conficiantur &

ex

ex aqua præparentur methodo, ac hic locorum in Hungaria, in vallibus ſcil: Dominorum & Judicum. An hocce viride montanum, additione ſulphuris vel aliarum materiarum reduci & fundi poſſit iterum in bonæ notæ cuprum, experimenta facere nec tempus nec aliæ Circumſtantiæ permiſerunt, relinquimus ea Tibi, Chymice experientiſſime, tempore vacuo inſtituenda, rei veritatem & poſſibilitatem ad ignem probatorium examinabis, & productum haud gravatim nobiscum communicabis. Hæc ſunt, quæ de chryſocolla Hungarica in chartam conjicere potuimus, an petitis Tuis ſint ſatisfactura? proxime inaudiemus; reliqua videnda apud D. Joh. Laurent. Bauſchium in Schediaſmate poſthumo de Cœruleo & Chryſocolla; Martin. Rulandum in Lexico Alcheimiæ pag. 146. &c. &c. & in noſtro opere de metallifodinis totius orbis terrarum pag. 272. cujus ſcripti tomum ſecundum cum circa feſtum Paſchæ typis exſcribi curaturi ſimus, rogamus, velis haud gravatim ex egregia & inſtructiſſima Tua Bibliotheca & celeberrimo *Muſeo* Tuo metallico communicare & ſupplere ea, quæ ad hocce opus completum reddendum ex iſtis neceſſaria videbis, gratias non modo inſignes pro relationum harum communicatione habebimus, ſed & omnes mineralium & metallorum foſſores, quique metallico ſtudio operam dant, quibusque metalli fodinæ in deliciis ſunt, huncce iis a Te collatum favorem omni laude, gratia & encomio deprædicare non deſinent. Reliquum proſpera omnia Tibi Tuisque vovemus, vivas, valeas.

Wolffenbüttelæ, die 1. Nov. 1728.



# FRANCISCI ERNESTI BRÜCKMANNI,

MED. DOCT.

# EPISTOLA ITINERARIA IIItia

*DE*

## BELLARIIS LAPIDEIS LIPTOVIENSIBUS HUNGARICIS

AD

VIRUM NOBILISSIMUM, EXCELLENTISSIMUM, CONSULTISSIMUM ATQUE DOCTISSIMUM,

*DOM. DOM.*

# JOHANN. HEINRIC. BURCHARD,

MED. DOCT. SERENISSIMOR DUCUM BRUNS. ET LUNEBURG. CONSILIARIUM CELEBERRIMUM ET ARCHIATRUM SPLENDIDISSIMUM, MAGNUM NOSTRORUM TEMPORUM MEDICUM, PHYSICUM SINE PARI ET PRACTICUM WOLFFENBUTTELENSIUM FELICISSIMUM,

FAUTOREM OMNI HONORIS ET AMORIS ENCOMIO MAJOREM.



Cum fig. æn.



# VIR NOBILISSIME, EXCELLENTISSIME, ATQUE CONSULTISSIME,

## FAUTOR OMNI HONORIS ENCOMIO MAJOR!

SUmmopere nobis gratularemur, præſens ſi temporum ſtatus gratias re & verbis peculiares Tibi, Vir conſultiſſime, offerre pro infinitis in nos collatis beneficiorum generibus favorisque maximi ſignis permitteret. Cum vero Tibi ſumma impotentia, qua laboramus, plus quam ſatis nota & perſpecta ſit, certa & indubitata fide ſperamus, Te nec hocce lapideum munuſculum, (labiis quidem minime gratum, dentibus & linguæ guſtu & maſticatione moleſtum & inſapidum, oculis tamen viſu non injucundum) quod devote in grati animi teſſeram mittimus, male interpretaturum. Non ignoramus enim, Te Gazophylacium lapideum & metallicum ex ſelectiſſimis & elegantiſſimis plurimarum regionum rebus ſubterraneis, quod ob præſtantiam optimis non immerito annumeratur, poſſidere. Forſan & hæ confectio-

nes, ab analogia, quam cum bellariis ſaccharatis edulibus habent, ſic dictæ, dignæ æſtimentur, iſtud ut intrent; libenter enim contentæ erunt, ſi licet locum poſt ianuam infimum in iſto occupent. Patria horum bellariorum, vel rectius lapillorum bellaria, quod ad externa, mentientium, eſt in Hungaria comitatus Liptovienſis, in hoc enim proſtant tria permagna ſubterranea antra, Draconum dicta ex eo, quod oſſa in his reperibilia ſemicalcinata vulgus præoccupato animo de Draconum ſceletis eſſe ſibi falſo imaginetur. In his ſat capacibus antris foditur & eruitur ad ripas cujusdam fluminis, quod per medium antri maximi transverſim tranſit, lac lunæ ſeu montis, terra albiſſima, levis & farinacea, quæ in multis Hungariæ officinis pharmaceuticis in uſu eſt, vocitatur Nihilum album & pro eo publice venditur; eſt autem nihil aliud, quam terra calcaria vel lapis calcarius infra terram ab accedentibus continuis aquis in pollinem levem ſolutus & quaſi præparatus; firmiſſime credimus, hoc Nihilum album vel lac montis eſſe materiam ex qua ſtalactites, quo lapide omnes antrorum concamerationes undique, infra in fundo, ſupra in tegmine, dextrorſum, ſiniſtrorſum in parietibus, tanquam eleganti nec ſatis admirando à natura ſedula elaborato tapezio inductæ & incruſtatæ, originem ducat. Primo enim calcarius lapis in & ſupra terram undique, & in ipſis antris ſtatim poſt ſtalactitem, reperibilis eſt; ſecundo ſtalactites moderato ignis gradu reducitur & calcinatur in calcem, quæ antea fuit, optimam, commiſſuris ædium glutinandis & firmandis non inidoneam; Tertio Lac montis vel lunæ eſt calx in pulverem ſubtilem comminuta, hic pulvis aqua viſcoſa & nitroſa ſolutus iterumque ſiccatus, facit ſtalactitem; ſtalactites igne uſtus dat calcem. Hoc Nihilum album, inſtar alcohol, ſubtiliſſimum, aqua ſolutum vel potius mixtum, intrat meatus & poros terræ, rimas & ſpatia rupium, demum evaporatis ſucceſſive & paulatim particulis humidio-

ribus, remanet Nihilum album, cumulatur in via, viſciditate aquæ frigidæ & nitroſæ glutinatur, lapideam duritiem induit temporis tractu ſatis firmam & duram, cryſtalliſatur & adhæret lateribus rimarum, parietibus ſpeluncarum, antrorum & aliis rebus ipſi obviis. Hæc Nihilô albô imprægnata aqua, quando ex poro quodam unico ſenſim atque ſenſim deſtillat, ita ut priores guttæ ſiccentur & indurentur, antequam mox inſequentes per eundem porum penetrare poſſint, cumulatur hæc calx, & creſcit lapis inſtar ſtiriæ, & ſtalactites a ſimilitudine, quam cum glaciali ſtiria hyberno tempore habet, cognominatur, qui magnitudine & craſſitie differt pro diverſitate quantitatis affluentis aquæ & copiæ materiæ calcariæ, qua aqua imbuta & fœta; quando autem gutta & guttula de alto tegminis ex poris antrorum decidit, & in via vel poſtea demum exſiccatur, remanet, evaporatâ & exhalatâ aquâ, Lac montis viſciditate aquæ frigidæ & nitroſæ glutinatum inſtar globuli lapidei, pro varietate guttarum & guttularum, quantitatisque materiæ calcariæ, majoris vel minoris. Quando vero hæc aqua ſucceſſive ſaltim lambit & alluit cavernarum parietes, inſtar cruſtæ politæ, evaporatis humiditatibus, adhærere ſolet iis, induratur & optimum oculis exhibet tapezium. Omnia ſic ferme phœnomena, generationem hujus cryſtallini lapidis concernentia, explicatu ſunt haud difficilia. In modo dictis Draconum antris conſpiciuntur in fundô integri cumuli vel parvi monticuli ex meris & innumeris ſtalactitiis globulis diverſæ magnitudinis conſtantes, qui globuli in ſuperficie ſunt omnium maximi, rariſſime tamen nucem avellanam molê ſuperantes; ſub his minores latitant; ſub his iterum adhuc minores videndi, & infimi ſunt omnium minimi, arenam æmulantes, tamen ſphærici, ac ſi manû tornatoris ſummo ſtudio & lege artis ad hancce figuram formati eſſent. Rationem dabimus hanc: globuli infimi ex unicâ ſaltim guttulâ concreti ſunt, hinc minimi;

 ſuper-

ſuperjacentes majores initium quidem & principium, vel potius nucleum, quoque tantum ex unica guttula ſumſerunt, accedentibus autem quotidie novis guttulis per appoſitionem accreverunt, & molem, præ infra jacentibus, majorem nunc oſtendunt; horum cumulorum ex iſtiusmodi globulis, bellaria peroptime mentientibus, non unus, ſed plus quam centum, in his antris adſunt. Bellaria lapidea, quæ ex his antris mittimus, & pro quibus locum in lithophylacio Tuo celeberrimo humillime expetimus, ſunt ſequentia:

I.) Nihilum album, Lac lunæ vel montis, repræſentans ſaccharum in mortario fractum & in ſubtiliſſimum pulverem comminutum.

II.) Stalactites, coloris ex albo luteoli, inſtar raſuræ cornucervi.

III.) Stalactites, arenam globuloſam ex albo luteolam repræſentans, vel potius referens ſemina vegetabilium minima, globuli enim hi lapidei arenæ ſaltim ſunt molis & quantitatis.

Fig. I.

IV.) Stalactites, ſemen Milii vulgaris magnitudine æquans, colore gaudens luteo.

Fig. II.

V.) Stalactites, confectionem ſaccharatam, corpus ſine anima, vulgo in officinis pharmaceuticis dictam, adeo exacte repræſentans, ut ovum ovo non tam ſit ſimile, quam globuli memorati huic dictæ confectioni ſaccharatæ. Fraudem jam binis vicibus his bellariis, inter alias confectiones bonæ notæ mixtis, inſtituimus, nec dolus citius ſentitus & obſervatus, quam dentes nec comminuere, nec lingua & palatum gratum ac dulcem ex iis ſaporem elicere & extrahere potuerint. Fig. III.

VI.) Stalactites globularis paulo major, ſemen Aniſi ſaccharo inductum & conditum mentiens, nec aliam præ ſe ferens differentiam, quam quod ſphærica figura rotun-

ditate

ditate æqualiori ſit in hac lapidea, quam iſta ſaccharata confectione.

VII.) Bellaria ſtalactitia, aliquo modo oblonga, ſemen Carvi & Cumini ſaccharo incruſtatum referentia, coloris magis lutei, quam globuli antecedentes.

Fig. IV.

VIII.) Globuli lapidei majores ex albo ad flavedinem vergentes.

Fig. V.

IX.) Alii adhuc prioribus majores & craſſiores, partim albi, lutei, partim gryſei; rotundi partim, partim & inæquales. Differentia coloris, ſine dubio, dependet a puritate & impuritate aquæ, calcis & aliarum minerarum, per quas aqua fluit.

Fig. VI.

X.) Hi magnitudine Cubebas, aroma notiſſimum, confectione ſaccharata incruſtatas, mentiuntur.

Fig. VII.

XI.) Adhuc majores, & tandem.

Fig. VIII.

XII.) Omnium maximi, partim avellanæ nucis molem ſuperantes, partim infra poſiti & minores, ſed non exactâ ſphæricâ figurâ præditi, potius inæquales, cruſtoſi, gibboſi; cauſa hujus inæqualitatis rejicienda venit in nunquam non de novo ſupervenientes & extrinſecus allabentes guttulas, quæ de hora in horam, de die in diem Nihili albi aliquid adponunt; poſiti enim ſunt hi globuli in ſuperficie dictorum monticulorum, in dies ſingulos ex allabentibus guttulis calce impragnatis accreſcunt & incrementa ſumunt, ſingulæque inæqualitates horum corporum globuloſorum repræſentant quaſi novas guttulas & guttas, nucleus tamen ſemper ex unica ſaltim conſtat guttula.

Fig. IX. & X.

XIII.) Maſſæ compactæ & ex globulis concretæ elegan-

gantissimæ, albæ vel lacteæ, gryseæ & luteæ, ita tamen, ut singulum frustulum ex æqualibus globulis, vel majoribus vel minoribus, constet & compositum sit.

XIV.) Bellaria ex albo-grysea instar crustæ scabrosæ & asperæ inæqualia.

Fig. XI.

XV.) Tubuli pellucidi, candidi, cavi & stiriales, crassitie calamorum scriptoriorum anserinorum, tegmento cavernarum plerumque adhærentes, admodum sonori.

XVI.) Fragmentum ligni semiputridi stalactite albo inductum.

Fig. XII.

XVII.) Stalactites lacteus, stiriam glacialem referens, spithamam longitudine ferme adæquans.

Fig. XIII.

XVIII.) Agarici albi cum crasso & brevi pediculo ex stalactite concreti minoris familiæ, arborum vegetabilibus Agaricis adeo similes, utnec centoculus Argus ullum invenire potuerit inter hos minerales & istos vegetabiles discrimen; accrescunt lapidibus, ac vegetabiles ligno.

Fig. XIV.

XIX.) Pyrum stalactatium ex tegmento speluncæ desumtum, ut &

Fig. XV.

XX.) Botrys, seu stalactites Botrionem cum petiolo exacte monstrans, quare & apud Germanos, Traubenstein/ ex similitudine, nomen indeptum, weil er einer Wein-Trauben in seiner Gestalt nachäffet und gleich siehet.

Fatemur equidem, Vir consultissime, munusculum hocce lapideum vilissimum esse, nec Indias, pretiosas gemmas ex sinu suo donantes, pro patria agnoscere, scimus autem in simul, Te nec lapides vulgares figuratos contemnere, quare & maximopere rogamus, velis grato oculo istud aspicere, manu favente accipere & pergere favere, ut olim sic & porro, Tuo Brückmanno.

Wolffenbuttelæ d. 1. Dec. 1728.

( o )

# FRANCISCI ERNESTI BRÜCKMANNI,

## MED. DOCT. &c.

# EPISTOLA ITINERARIA IVta

DE

IV. FIGURATIS CURIOSIS RUPIBUS AD FAUCES HERCYNIÆ SYLVÆ PROPE ILFELDAM

*AD*

INCLYTÆ SOCIETATIS REGIO PRUSSICÆ BEROLINI SCIENTIIS PROMOVENDIS

*CONDITÆ*

*REVERENDISSIMUM, ILLUSTRISSIMUM, EXCELLENTISSIMUM*

## DOM. PROTECTOREM,

*EXCELLENTISSIMUM PARITER*

## DOM. PRÆSIDEM

*ET*

RELIQUA EJUSDEM MEMBRA UNDIQUAQUE CELEBERRIMA.



WOLFFENBUTTELÆ, ANNO CHRISTI 1729.

OFficium noſtrum fuiſſet, iam diu obſervationem unam atque alteram vel Phyſicam vel Medicam, more in inclyta *veſtra Regia Societate* recepto, ad promovendas ſcientias tranſmittere, impedimenta autem nunquam non adfuerunt, quo minus citius id reapſe præſtare potuerimus, nunc autem initium facimus & primam, in forma epiſtolæ itinerariæ de quatuor figuratis Hercyniæ inferioris rupibus conſcriptæ, tipis expreſſam officioſiſſime ablegamus.

Ad fauces Hercyniæ inferioris ſylvæ uno lapide Nordhusâ in valle peramœnâ undiquaque altiſſimorum montium ſerie munitâ conſpicitur oppidulum cum monaſteriô ſecularisatô, celebri Regio gymnaſio conſpicuô, Jlfelda dictum, ubi præter lapides figuratos, mineralia & metalla, quatuor quoque ex ſic dicto luſu naturæ figuratæ & formatæ rupes perelegantes peregrinis advenis admirationem excitant ſummam.

Prima rupes recreat oculos in monte alto ad dextrum latus monaſterii ſita, non procul á magnâ iſta piſcibus, ex quibus truttæ aureis maculis conſpicuæ gratiſſimi ſaporis ſalivam in ore movent, ditiſſimâ piſcina, *der Netz-Boden* vulgo dicta. *Roſtri anſerini*, *eines Gänſe-Schnabels*, figuram exhibet, unde & nomen indepta eſt, *der Gänſe Schnabel.* Hæc excelſa rupes & nulli non huius viciniæ lapides ſubrubri ſunt, multo nitro impregnati, quare & ædificia ex his conſtructa, ſolutô ab äereô, vel alio accedente humidô, nitro, calcem derepente rejiciunt, plus quoque hyberno tempore, quam alii ſolent lapides, aquas præ frigore exſudant.

Tab. I. Fig. I. In appoſita Tab. I. Fig. I. deſignat A. B. altitudinem rupis integræ, *Gänſe-Schnabel* dictæ, geometrice, ab Horizonte menſuratæ, & adæquat XXX. perticas, *Ruthen.*

A. C. Altitudinem rupis vel proprie dicti *roſtri anſerini*,

*rini*, prout in äere libero visui & oculis se offert, mensuræ Rhenanæ XXVII. perticas. A. B. enim sub se & simul comprehendit dorsum.

D. E. Pes vel infima crassities rupis vel columnæ (repræsentat enim columnam turbinatam cum capitulo & basi, *eine gewundene Säule mit ihrem* Capitäl *und* Postement) est XXXI. pedum.

F. G. Crassities suprema vel capituli (*des* Capitäls) est XXII. pedum.

H. I. Crassities vero media XIII. pedum.

D. K. Dorsi anserini longitudo, quæ infra ex basi vel pede columnæ prodit, & instar parvi tecti ad trianguli formam sese contrahit, in quo tectulo, pro lubitu, quisque cum & sine ephippio, equitare potest, ædæquat quinque pedes, & ejusdem quoque est altitudinis, ita ut in ascendendo brachia super hoc dorsum posita ascensionem admodum facilitare possint. In dorso sedens pone collum anserinum perpendiculum, *das Senck Bley*, adhuc dimittere potuimus ad XXIII. pedes, antequam montem attigerit. Sequentem narrant de hac rupe traditionem: tempore Neandri celeberrimi quondam Ilfeldensis Gymnasii Rectoris, (cujus epitaphium in templo monasteriali cum imagine ejus totaque corporis statura eminenter lapidi funerali incisa, adhuc cum hac epigraphe videndum: Juxta hunc lapidem in tumulo requiescit Reverendus vir M. Michael Neander, Soraviensis, Rector & Antistes monasterii & Scholæ Ilfeld. ad annos XLV. doctissimus, fidelissimus & meritissimus, maxime pius & munificentissimus in Scholam, ecclesiam & pauperes, obiit autem anno ætatis suæ 70. Christi vero 1595. 26. April. Ilfeldæ) ibidem fuit literarum Studiosus, qui pactum interdictum cum malo iniisse spiritu dicitur, a quo & affirmationem accepit, securus certiorque redditus factus, quod eum in terram præ frigore horridam, Syberiam nempe, quam videndi peculiari cupidine flagrabat juvenis, momento citius ducere vellet. Divino tamen forsan omine Neander hujus candidati diaboli intrat museolum, quod flammis vero

intus circumcirca repletum videt. Terrore & horrore agitatus Dom. Rector, nil boni hic esse factum præsagiens, eapropter, cum ad se ex terrore rediisset, causam hujus ignis & flammiæ in hypocausto ex suspecto juvene quæsivit, qua inaudita, summo studio maximoque labore, divina assistente gratia, studiosum hunc ad meliora duxit, qui quidem male habuit, quod hac vice in itinere suo Syberiano impeditus fuisset. Literis humanioribus absolutis, relicto Gymnasio, salutat academiam Jenensem, alii nobis retulerunt, Lipsiensem, inito & ibidem vel potius saltim confirmato de novo cum malo Satana pactô, dicitur in via Syberiana, quam cum male dicto spiritu ingressus, ad hanc rupem *Gänse-Schnabel*, ductus & dilaceratus. Firmiter nobis persuademus, traditionem hanc esse excogitatam & eam ob causam inventam, ut rupi *Gänse-Schnabel* dictæ ista fabula major accresceret fama. Archivum monasticum historiam cujusdam juvenis studiosi, de malo cum dæmone pacto suspecti, legendam præbet, nullam autem injicit mentionem, quod ab isto malo spiritu minutatim ad hanc rupem sit conscissus & dilaceratus. Fortassis etiam hæc fabula originem ducit ab ista historia, quæ legitur in Spizels libro, cui rubrica: *gebrochene Macht der Finsterniss* Part. I. Cap. 6. pag. 336.

Hæc rupes admodum exposita variis tempestatibus & procellis, quarum injuria hinc inde passa est rimas fissurasque majores & minores, timendum, ne ventus furens aliquando hunc elegantem naturæ figuratum lapidem de monte & basi sua dejiciat, frangat, inque frusta comminuat.

Non procul ab hac rupe in eodem monte (sat enim magnæ molis in eo conspiciuntur rupes hinc inde per totum tractum disseminatæ & erectæ, ac si manu sedula summoque labore, præmeditato stupendo hominum studio, exstructæ hic essent) visui se offert secunda figurata rupes, *panem lapideum domesticum*, qui omnium maximus in furno coqui solet, ingentem, sine dubio aliquot centenariorum pondus
Tab. I. æquantem repræsentans, quem Tab. I. Fig. II. exprimit; est
Fig. II. lapis rotundus, oblongus, pani similis & ûtrinque depressus

rupi

rupi ali . ingenti incumbens, Germ. *der Brod-Stein* Lit. O, O. in hac Tab. I. designant majoris & minoris molis rupes per totum montis ambitum hinc inde dispersas.

L. Videtur puteus metallicus inveteratus & desolatus, adhuc altus 6. orgyas, mineris martis olim, sine dubio, extrahendis destinatus fuit.

N. Semita, quæ Ilfeldam lucit. Haud procul a monasterio ad latus sinistrum in monte non adeo præalto conspicitur tertia figurata rupes, *das Nadel öhr* dicta, eam ob causam, quia rupes a natura & casu ita excavata est, vel parvam speluncam perviam habet, non aliter ac foramen in acu, quæ netricibus in usu esse solet.

Hoc foramen acus repræsentat ferme, uti videndum Tab. II. Fig. I. triangulum rectangulum admutilatum inversum & in apice positum, cujus superior linea vel latitudo a. b. est 2. pedum & 2. pollicum seu unciarum mensuræ Brusvicensis. Tab. II. Fig. I.

Interior altitudo trianguli c. d. 2 pedum & 7. unciarum.

Latitudo rupis e. f. ubi exitus apparet, 4. pedum & 3. unciarum.

Altitudo rupis, pro ascensione, quando quis per rupis cavitatem vult transire, g. h. 4. pedum. Fig. II eâdem tabulâ sistit eandem rupem juxta viam vectoriam ad montem in situ suo naturali. Per hoc acus foramen cogunt aurigæ Nordhusani tribus vicibus transire suos servos juvenes, quando nempe prima vice ligni cædendi & quærendi causa in sylvam Hercyniam curribus vehuntur. Simul ac servi juvenes incipiunt transire per hoc foramen, ipso momento & aurigæ incipiunt flagellis partim, partim & flagellorum manubriis eos fortiter & magno animo verberare & contundere, qui, quando bene verberati trans-& egressi, interdum instar cadaveris demortui pallidi videntur. Hic ritus nunquam non accuratissime multis retro annis, quando ligni causa in sylvam Nordhusani vehuntur, observatur. Interim tamen servis juvenibus permissum, probationis loco antea aliquot vicibus per foramen transire, antequam aurigæ flagris eos excipere initium faciant. Admodum ridiculum est, ludicrum & jocosum, quando alter incipit per aperturam foraminis transire, podice & pedibus adhuc relictis, alter vero jam manibus porrectis capite in exitu foraminis semipendulus visitur; aurigæ interim irrident hos, cachinnanturque, ac si dementes vel fatui essent vel fieri cuperent; currus interdum 20, 30. ad montem in via expectare sinunt. Servi juvenes, quando transire coguntur, haud raro duas, tresve caligas induunt. Vidimus quendam, qui primas ex panno laneo solido & firmo, secundas & tertias ex corio confectas indutus erat, aurigæ enim misere eos flagris verberari consueverunt, sumunt flagellorum manubria binis ma-

 nibus

nibus admodum firmiter, & incipiunt eos contundere istis, simul ac juvenum manus attingunt rupis foramen; graciles cito citius pertranseunt, væ, væ obesis, inhabilibus, inertibus, ejulant & lamentantur, dorsum cum podice iis dolet! Sunt, qui timore dolorum libertatem non transeundi ab aurigis sibi redimunt, & florenum istis libenter ad hilariter bibendum porrigunt. Hujus rupis sequentibus fit mentio in Berckenmayeri Antiquario curioso p. m. 478. & D. Georg. Henning. Behrends Hercynia curiosa Cap. V. Art. I. p. 126.

## Von einem Stein-Felsen bey dem Closter Ilefeld/ das Nadel-öhr genandt.

*Eine gute Meile von Nordhausen, über dem Closter Ilefeld, ist zur lincken Hand, gleich bey dem Hartz-Fahrwege, an einen hohen Berg, ein nicht gar hoher doch starcker Stein-Felss angewachsen, welcher in seiner Mitte eine enge und schmale durchgehende Höle hat, und das* Nadel-öhr *genennet wird, weilen das Loch etlicher massen mit der Gestalt eines* Nadel-öhrs *sich vergleichet. Durch dieses Loch müssen die Knechte, so wohl aus Nordhausen als andern umliegenden örtern, wenn sie zum ersten mahl hinter Ilefeld in den Hartz, um daher Brenn Holtz auf wägen abzuhohlen, fahren, und an diesen Ort gelangen, mit grosser Mühe, der enge wegen, 3. mahl kriechen, und werden noch darzu von ihren dabey stehenden Cameraden, nicht allein bey dem Einsondern auch bey dem Auskriechen, mit Peitschen und Geisseln-Stielen tapffer abgeschmissen, zumahl wenn dieselben corpulent oder dicke sind, und dieserwegen sobald durch das* Nadel-öhr *nicht kommen können; wollen sie aber diese Kurtzweil nicht ausstehen, und haben es im vermögen, so müssen sie solches tractament mit Gelde bezahlen. Es ist zwar dieses böse Wesen, insonderheit von der Obrigkeit zu Ilefeld, bey ziemlicher Straffe verbohten worden, weilen dadurch die Knechte abgeschrecket worden, hinter Ilefeld zu fahren, und damit dem Holtz-Handel grosser Abbruch geschiehet; es hilfft aber solches wenig, denn will ein Knecht vor seinen Cameraden Friede haben, und in ihrer Sauff-Compagnie gelitten werden, so muss er doch nach ihrer Pfeiffe tantzen, und*

*hilfft*

*hilfft darzu kein kläglich thun. Der gemeine Mann erzehlet von dem Urſprung dieſes Steines eine handgreiffliche lügenhaffte Fabel, und giebet vor: Wie einesmahls ein Hühne oder Rieſe etliche Meile gereiſet ſey; als er nun hinter Ilefeld ankommen, und gefühlet, daſs ihm, ſalva venia, ein Schuh hefftig drücke, hätte er denſelben ausgezogen, und dieſen groſſen Stein darinnen gefunden, welchen er an den Ort, wo er noch liege, geworffen habe. Daſs dieſes aber einem Kinder-Mährgen gleich ſey, kan ein jeder verſtändiger leicht erachten, maſſen das ein weidlicher groſſer Rieſen-Flegel müſte geweſen ſeyn, der einen ſo groſſen Stein bey dem Fuſse hätte verbergen können, doch iſt es denen gemeinen Leuten nichts neues, dergleichen Fratzen, entweder aus Schertz oder aus Ernſt, zu erzehlen; Wie denn auch von denen bey der Hochfürſtl. Braunſchweigl. Wolffenbüttelſchen Univerſität Helmſtedt, auf dem ſogenandten Cornelius-Berge liegenden, groſſen Steinen vorgegeben wird: daſs vor alters die Hühnen eines mahls bey guten Wetter damit geſpielet, und exercitii gratia aus Kurtzweil ſich damit geworffen hätten, desvvegen ſie biſshieher daſelbſt gefunden vvürden; glaubvvürdiger aber iſt es, daſs dieſe Steine, einiger Gelehrter Muthmaſſung nach, nichts anders als Begräbniſſe alter tapfferer Helden ſeyn. Sonſt iſt bekandt, daſs ſich bey dieſen Steinen in vorigen Zeiten eine lehr-reiche und luſtige Begebenheit zugetragen habe indem ein berühmter Profeſſor Matheſeos, als vvenig Zuhörer in ſeinen Collegiis und öffentlichen lectionibus ſich eingefunden gebräuchlicher maſſen an das ſchvvartze-Brett angeſchlagen gehabt: Wie er dieſe groſſe Steine auf einen gevviſſen benahmten Tag alle hinvveg blaſen vvolle; als nun der beſtimmte Tag heran nahet, lauffen faſt alle Studenten hinaus, dieſe Wunder-Kunſt anzuſchauen, und fänget alsdenn der Profeſſor in ihrer Gegenvvart an, aus allen Kräfften auf die Steine loſs zublaſen, es vvill aber nicht ein einiger vveder vvancken noch vveichen, derovvegen er anfanget, zu ihnen zuſagen: daſs er verheiſſen habe, vvie er dieſe Steine hinvveg blaſen vvolle,*

*nicht*

*nicht aber, daſs er daſſelbe könte; Wobey er Gelegenheit nimmet, denen Studenten zuzeigen, daſs ſolche laſt durch mathematiſche-Künſte könten gehoben vverden, vermahnet auch dieſelben, ein ſolches herrliches Studium beſſer, als vorhero, zutreiben, und ſo vvohl ſeine Collegia als öffentliche Lectiones fleisſiger zubeſuchen.*

In oppidulo Ermsleben, 2. milliaribus Quedlinburgo diſtante, ante curiam in foro ingentis molis lapis reperitur, de quo ſimilis fabula, quod nempe quidam ex gigantum familia ortus dixiſſet, arenulam, moleſtias & dolorem mihi cauſantem, in calceo ſentio, quo exuto & viſitato, hunc magnum ex eo ad terram projeciſſet lapidem, certe arenula ſine pari. In Gallia haud procul ab urbe Beſiers, in tractu Cataloniam verſus, monſtrantur peregrinatoribus duæ ingentes rupes, præterpropter XX. paſſus diſtantes a ſe invicem, de quibus pari modo narratur, quod fœmina gigantea iſtas ex marſupio hic loci proſtraviſſet.

Quarta figurata rupes in eodem monte, in quo vidimus *das Nadel-öhr*, præterpropter 50. paſſus poſt molam chartariam in apricum venit. Hæc rupes vocatur *Monachus, der Mönnich*, cujus altitudo 11. pedum, ejus formam vero exhibet Tab. II. Fig. III. Sed analogiam nullam inter hanc rupem & monachum, ſit de quocunque velit ordine, nec quod ad ſtructuram, habitum, magnitudinem, proportionem & reliqua invenire potuimus. Qui primum monachum hic ſibi imaginatus, certe peculiari, ne dicamus corrupta, phantaſia laboravit; Non confundendus hic monachus cum iſtis ejusdem Sylvæ Hercyniæ lapideis, quibus nomina propria vulgo impoſita *Hanſs Mönch und Hennig Mönch*, quique non procul a monaſterio Michelſteinenſi viſuntur, de quibus evolvendi Joh. Gottfr. Gregorii in Orographia curioſa pag. 601. Happelius in Relat. Curioſ. Part. IV. p. 529. Merian in Topographia Brunſvic. p. 33. Berckenmayer in Antiquario curioſo p. 473. Eminent quoque rupes in Carpatho, monte Hungariam & Poloniam diſtinguente, quæ a longinquo aſpicientibus monachum ſedentem exprimunt, ideoque cognomen obtinent *Monachi, Mnich Skala*, Sermone Polonico. vid. Gab. Rzaczynſki Hiſtor. natur. Curioſ. Polon. Tractat. III. Sect. I. p. 102. Sed phantaſiæ & imaginationi hic ut plurimum multum tribuendum. Scribeb. Wolffenb. d. 3. Jan. 1729.

Tab. II. Fig. III.

BRÜCKMANN, D.

# FRANCISCI ERNESTI BRÜCKMANNI, MED. DOCT. &c.

# EPISTOLA ITINERARIA V^TA DE TEMPLO CATHEDRALI VIENNENSI D. STEPHANO DICATO

AD

*VIRUM SUMME VENERABILEM ATQUE AMPLISSIMUM*

DOM.

## DOM. PHILIP. LUDOVIC. DREISSIGMARCK,

SENATUS ECCLESIASTICI ET CONSISTORIALIS CONSILIARIUM DIGNISSIMUM, A CONCIONIBUS ET CONFESSIONIBUS SERENISSIMO DUCI BRUNSV. ET LUNEB. REGENTI CELEBERRIMUM &c.

*FAUTOREM OMNI HONORIS CULTU PROSEQUENDUM*



WOLFFENBUTTELÆ, ANNO CHRISTI 1729.

## *VIR SUMME VENERABILIS, QUOVIS HONORIS GENERE DEVENERANDE, FAUTOR!*

INter tot Deo dicatas ædes Viennæ Auſtriæ neque auguſtiores mole neque ſtructuræ artificio, antiquitatiſque nomine potentiores vidimus, quam templum cathedrale Divo Proto-Martyri Stephano ſacrum. Hoc enim eadem plane cum hac, toto terrarum orbe celebrima, Archi-Ducum Cæſarumque ſede, exordia nactum eſt, cujus autor Henricus, Leopoldi Marchionis, qui poſt mortem Divis a Romanis annumeratus, filius perhibetur. Jacta ſunt ab iſto illius domus Deo dicatæ fundamenta Anno poſt Chriſtum natum 1144. tertio ſcilicet anno, poſtquam præeſſe is Auſtriacis his terris & eas regere cæpit, ſicque templum hoc noſtro tempore 700. ferme annos ætatis ſuæ numerat. Ædificium admodum magnum quidem eſt, ſed inſimul valde obſcurum & tenebricoſum. Moles tota ex quadratis ad regulam cæſis & lævigatis ſaxis in altum exſurgit, cujus longitudo in 57. orgyarum ſpatium protenditur, latitudo voro maxima complectitur orgyas 37. menſuræ Vindobonenſis. Cum in 13. orgyarum ac $\frac{1}{2}$ pedis altitudinem e baſi aſſurrexerit, undique ambulacra e lapide duro affabre elaborata coronant. Turris maxima, qua templum ornatur, per univerſam Europam, non altitudine quidem, ſed firmitate ſua peculiari valida & forti reliquis præſtat, hinc ortum proverbium. *zu Straſsburg ſey der künſtlichſte, zu Landshut der Höchſte und zu Wien der ſtärckſte Thurm*, Anno 1359. à Rudolpho IVto quidem inchoata, ſed demum poſt ejus obitnm, ſpatio temporis 59. annorum, erecta & exſtructa, & ſic tamen ferme 400. annos numerat. Exornant eam undique variæ figuræ affabre & pereleganter ſculptæ & ſcalpro elaboratæ, ferarum facies variæ, Divorum plurimorum aliorumque hominum imagines, multæ pyramidatæ turriculæ, aliaque ornamenta & ſimulacra. Sund, qui putant & perhibent, cæmentum calcarium, ad turris hujus conſtructionem & combinationem uſurpatum, vino, loco aquæ, ovorumque glutinoſo albumine pro majori firmitate paratum fuiſſe. Altitudo eſt 76. orgyarum $4\frac{1}{2}$ pedum menſuræ antedictæ; Inclinationem aliqualem ad alterutrum latus & curvitatem, cujus cauſam in terræ motum rejiciunt incolæ urbis, monſtrat. Tredecim gaudet campanis

par

partim magnitudine ac mole, partim antiquitate ſua commendatis, inter quas omnium maxima pondus habet 330. Centenariorum; alii dicunt ponderis 500. centenariorum eſſe, conflatam vel fuſam ex ſolis Turcis bello ereptis tormentis metallicis. vid. plura apud Sebaſt. Ferd. Dopnern de Rantenhoff Sopronienſem libro. *unvergleichliche Vortrefflichkeit, unbeſchreibliche Hoheit, Vorzug und* Præminentz *des Hauſes Oeſterreich in dem Tempel der Unſterblichkeit &c.* Cap. III. Quotidie quædam minoris familiæ ex iſtis campanis duabus vicibus per integram horam, a tertia ad quartam pomeridianam, pulſatur, vocata *das Bräun-Glöklein*, in memoriam inflammatoriæ anginæ, quo morbo ante plurimos annos quadam vice ingens incolarum turba hic Viennæ miſere occubuit & vitam morte finivit, quique morbus Germanis *die Bräune* audire ſolet; ſimul ac auditur reſonatque, Romanæ eccleſiæ addicti precibus devotis Deum, in cujus manu vita & mors, ſanitas & morbus, velit in poſterum tempus hocce mortiferum malum a ſe & ſuis benigne averruncare, orant rogantque. Sunt hic loci, qui putant, hanc ex quadratis lapidibus exſtructam turrim in toto orbe eſſe altiſſimam, ſed errant valde, inter Viennenſes vero eſt altiſſima & omnium firmiſſima.

Tectum templi inſtructum opertumque tegulis, flammarum inſtar poſitis, rubro, viridi atque albo colore in igne pictis vitriatiſque, *ein bunt glaſirtes Dach*, jucundum & gratum ſane intuentium oculis, maxime vero ſimul incidentibus & illuminantibus ſolis ſplendentis radiis, ſpectaculum præbet. Sub templi tecto aquila prægrandis, tribus pedibus alta, rotatili opere atque ad horologii artificium interne compoſita, a Johanne Marbio conſtructa, aſſervatur; hæc aquilina machina ex turri præalta hujus templi, dirigente ingenioſe artifice, ad portam uſque cœmeterii Rudolpho IIdo, cum is Anno 1575. in Regem Romanorum electus & Ratisbonæ coronatus, ſolenni in hanc urbem Vindobonenſem pompa rediret & ſacras D. Stephani ædes ſalutaret, obviam volavit, non abſque admiratione ſumma Imperatoris totiusque comitatus ampliſſimi.

Ad murum templi ſuſpenſa monſtrantur oſſa gigantum, admodum magna, quæ vero ex Cetorum genere eſſe firmiter putamus; vidimus ſimilia & Eiſenſtadii in Hungaria inferiori ad caſtellum Principis Eſterhaſi; in templo cathedrali Walbeccæ Ducatus Magdeburgici; Brunſvigæ ad domum quandam, ex qua prima vice Mumia Brunſvicenſis oleoſa pro navibus in Indiam petita, non procul a porta vetere St. Petri, quæ naves in gratiarum actionem & memoriam longi itineris vertebram ingentem balænæ retulerunt & domui affixerunt; alibique locorum plura, ſemper cum traditione, quod iſtimodi oſſa ex Gigantum proſapia eſſent.

Ad introitum cujusdam portæ templi lapis quadratus, magnitudine quartam partem phyliræ chartaceæ æquans, albus & politus, maculis hinc

inde ſanguineis notatus, muro firmiter infixus, viſitur; hæ maculæ rubræ putantur eſſe Martyris Colmanni, cui ſerra ambo pedes ſunt abſciſſi. Catholici Romani has ædes intrantes & exeuntes, lapidi digitos affricant, ta ut lapis iſta quotidiana multa & continua frictione in medio jam quandam profunditatem vel cavitatem acceperit, & licet homines ſucceſſive unam alteramve abſtergant guttulam ſanguineam, ſemper tamen de novo in apricum veniunt aliæ maculæ rubicundæ, quod maximopere ab iſtis in admirationem trahitur. Noſtra ſententia hic lapis conſtituit Alabaſtrum candidum, ſanguineis rubris per integram ſubſtantiam maculis a natura notatum; una alteraque guttula frictione digitorum deleta & exſtincta, in hujus locum antea in lapide abſconditæ & non viſæ maculæ in apricum veniunt. Nota ſunt nobis non tantum talia Alabaſtra & Marmora, ſed & alii lapides maculis ſanguineis a natura vel caſu picti, ad quos & referendi ii, quorum Bechmann de prodigiis ſanguinis, prope Francofurtum ad Oderam mentionem fecit. Nemini autem Catholicorum, miraculum hic ſtatuentium, contradicere animus eſt.

Pavimentum per totas ædes ſacras rubri albique marmoris politi tabulæ quadratæ, variationis & elegantiæ majoris gratia, nunc alba, nunc rubra, poſitæ, conſternunt.

Feneſtræ ſunt altiſſimæ, ornatæ more veteri pictis e vitro tabulis vel orbibus, hiſtorias exhibentes ſacras & profanas variis coloribus inductas, ſed templum hanc ob cauſam maxime obſcurum tenebricoſumque reddunt.

Templum hoc auguſtiſſimum XXXVIII. altaria, majora & minora, pulchro ordine collocata & pro varietate feſtorum, ſplendiſſimis ex auro rutilante, argento & margaritis candiſſimis confectis ornamentis ſacris condecorata, numerat, in quibus quotidie ſingulis horis antemeridianis continue miſſæ, uti vocant, audiendæ.

Sequentes in his ædibus & earum ſacellis ſunt cryptæ Archiducum Auſtriæ, Principum &c.

1.) Oſſa Rudolphi IV. pelli bovinæ inſuta, aureoque panno contecta.
2.) Alberti cum trica.
3.) Georgii Archi Ducis.
4.) Archi-Ducis Wilhelmi.
5.) Lepoldi IV. craſſi vel ſuperbi.
6.) Albertus. IV.
7.) Inteſtina Ferdinandi IV.
8.) Ferdinandus III.
9.) Inteſtina Mariæ Annæ, Auguſti Leopoldi filiæ.
10.) Monumentum ex albo purpureique coloris marmore Imperatoris

Fri-

Friderici III. ad altare passionis, tanta arte constructum & elaboratum, ut paris pretii nullum in Europa esse perhibeatur.

11.) Episcopus de Wolfrath, cui hæc inscriptio sepulchralis.

*FUI*
*ABBAS, EPISCOPUS, PRINCEPS;*
*SUM*
*PULVIS UMBRA, NIHIL.,*
*ANNO MDCXXXIX.*

QUotannis die XVI. Aprilis festum dedicationis templi solenniter celebratur, quod videndum & audiendum partim ex vexillis ex turris fenestris ab omni plaga erectis, partim ex sonitu tintinabulorum, quibus alias vaccæ ornantur, Germ. *der Kuh-Schellen* & quidem in memoriam, quod hic loci olim fuerint pascua & prata pro pascendis vaccis & bobus.

In ædibus his sacris inter alias imagines hominum Salvator crucem in humero gestans cum magno vulnere sanguine pleno misere depictus videndus, hac cum epigraphe.

**Offenbahrung/welche dem Hrn. Abt Bernhardt Claraväräll geschehen/ wegen der unbekandter und schmertzhafften Wunden/ so er auf seiner heiligen Schulter oder Achsel in auftragen seines schweren Kreutzes empfunden.**

DEr Herr Abt Bernhardus, *fragte einsmahl unsern Herrn im Gebeht, welches sein meist unbekandtes Leiden gewesen? dem antwortet der Herr: Ich hatte eine Wunde 3. Finger tieff auf meiner Achsel, da ich mein Creutz auftruge, dieselbe Wunde war mir viel peinlicher, als die andern Wunden alle; dieser Wunden wird wenig gedacht, von den Menschen: weil sie fast unbekandt ist, darum erweise derselben eine Ehre, und was du in Krafft dieser Wunde begehren, dessen will ich dich gewehren, und allen denen, die mich um dieses ehren, denselben will ich ihre tägliche Sünden vergeben, und ihrer tödtlichen nicht mehr gedencken, und sollen Gnad und Barmhertzigkeit von mir erlangen.*

## Gebeth zur Schulter-Wunden.

*O allerliebster Herr Jesu Christe, du sanfftmühtiges Lämmlein GOttes, ich armer sündiger Mensch grüsse und ehre die allerheiligste Wunden, die du auf deiner Achsel empfunden, als du dein schweres Creutz trugest, welcher wegen du zugleich wegen der 3. ausstehender Gebeiner sonderlich grosse Schmertzen und Pein über alle andere in deinen gebenedeitem Leibe erlitten. Ich behte dich an, o schmertzhafftigster Herr Jesu Christe, dir sag ich Lob, Ehr und Preiss aus innigen Hertzen, und dancke dir für die allerheiligste tieffeste und peinlichste Wunde deiner Achsel, und bitte demütiglich, du wollest dich der grossen Schmertzen und Pein, so du in dieser tieffen Wunden erlitten, und wegen der schweren Last des Creutzes, den du auf dieser Wunden geduldet, über mich armen Sünder erbarmen, mir alle meine lässliche und tödtliche Sünden verzeihen, und mich in deinem Creutz-Weg und blutigen Fuss-tapffen zur ewigen Seeligkeit begleiten. Amen.*

Figuram & magnitudinem istius dolentis vulneris in humero nostri servatoris, tres digitos profundi, (cujus vero sacer codex nullam fecit mentionem) in fronte epistolæ adjecimus, prout Viennæ depictam accepimus hac cum inscriptione. Omnibus & singulis, debitô honoris cultû hoc vulnus venerantibus, promittit Dominus Deus, se non cogitare velle suorum quotidianorum peccatorum, nec in memoriam sibi revocare peccata mortifera & capitalia, sed dare & distribuere velle gratiam & misericordiam.

Sequitur sacer divusque harum ædium thesaurus, nempe:

Sex corpora sanctorum.

Argentea Christi imago, 46. argenti
Marchias ponderans.

Effigies St. Leopoldi, Austriæ
Patroni, argentea.

Imago St. Stephani ex argento.

Dentes St. Apollinæ.

- - - - St. Agathæ.

Frustum de præsepio, quod Christo loco cunarum in diversorio fuit.

Lapis unus ex illis, quibus Stephanus, gloriosus proto-martyr, lapidatus & opressus fuit.

Pars

Pars magna ex fasciis, quibus Christus a Maria involvebatur.

Pars magna de cruce St. Andreæ, Apostoli, simul cum illius argentea imagine.

Pars de ligno St. crucis nostri Servatoris. Putamus, si omne lignum hujus crucis, quod in variis provinciis Europæ conservatur & de hac Dominica cruce esse traditur, posset recolligi & congregari, quod ex eo iterum justæ magnitudinis crux, si non plures, possint componi, quando nempe in subsidium traherentur.

1.) Frustum istud, quod in Gallia in Fano S. Dionysii servatur, cujus meminit Aulus Apronius in Itinerario suo aucto Part. I. p. 142.

2.) Pars, quæ Salerni in Regno Neapolitano sancte colitur, teste eodem Part II. p. 237.

3.) Frustum illud ingens, quod Romæ in ædibus sacris D. Petro dicatis asservatur, confirmante Matth. Puel in Itinerario Thalassico p. 181.

4.) Pars magna adhuc ibidem, in templo St. Crucis. vid. Idem lib. cit. p. 184.

5.) Magnum frustum istius ligni, quod Crucinacii, quæ urbs in Palatinatu inferiori eam ob causam nomen *Creutzenach* accepit, custoditur. vid. Theat. Europ. Tom. XIII. Anno 1687. p. 240.

6.) Pars ista, quæ Bruxellis in Brabantia, teste Edward Browns *in seinen sonderbahren Reisen &c.* p. 42. sancte conservatur.

7.) Pars hujus crucis sanctissimæ, quam auro circumdatam & inclusam Bambergæ vidimus.

Prostant alibi locorum adhuc plures hujus portiunculæ & frusta, sed nos latent. An crux dominica ex ligno fuerit quercina? defendat Ursinus Loc. 7. Cap. 15. St. Helena Anno 326. Sec. IV. pietatis studio Hierosolymam profecta, crucem Domini miraculose detectam reperit, & partem illius ibi reliquit, aliam secum Romam deportavit una cum clavis. De miraculosa hac inventione ita inquit Joan Mocquet *in seinen Reise-Begebuissen* Lib. IV. p. 355. *Als wir auf dem Berg* Calvaria *uns allenthalben umgeschauet, wurden wir in eine* Capelle *der München geführet; daselbsten auf der Erden uns ein weisser runder Marbelstein gezeiget wurde, darvon man fürgegeben, es solte der Ort seyn, an welchen die gottseelige Helena, Kaisers Constantini Magni Mutter, nachdem sie die Creutze des Herrn Christi, und der beyden Schächer funden, dieselbigen auf die probe gestellct, welches unter diesen dreyen des Herrn Christi wäre, indem sie eines nach dem andern auf ein todtes Weib geleget, das todte Weib aber, sobald das Creutz Christi sie berühret, von*

*Strunde*

*Stunde an sich aufgerichtet und lebendig worden, woraus gar eigentlich zuerkennen gewesen, dass es das Creuz Christi ungezweiffelt seyn müste.* vid. plura in beat. Joh. And. Schmidii Diss. de inventione crucis Dominicæ per Helenam 4to. Helmst. 1724.

Frustum clavi, quo Christus crucifixus est. Talis clavus monstratur & in Fano St Dionysii, & Tulli in Gallia. vid. Valentini Mus Museor. Part. II. p. 196. it. Auli Apronii Itiner. auct. Part. I. p. 142 & Mediolani in templo cathedrali, in quo hic clavus maxima veneratione afficitur, positus est in summo altari & quinque cereis dies noctesque illuminatur. vid. Missons Iter Italum Part. II. p. 981. & Romæ in templo St. Crucis, hoc manus Christi altera transfixa fuit. vid Matth. Puel Itinerar. Thalassicum p. 184. & Bambergæ, quo itidem manus altera Christi crucis ligno affixa fuit. Hic multa & stupenda miracula edit, præcipue cancrum mammarum radicitus sanare dicitur. Accepimus istum ibi ære expressum & ferreo clavo affrictum cum precibus & litaniis. Liber, cui titulus. Ecclesia nascens martyrum sanguine &c. p. 205. sequentia profert de his clavis. *Helena partem crucis cnm clavis Hierosolyma Romam deportavit, qui, si plures, quam, tres jam inveniuntur, hi non affixere Christum, sed crucis brachia conjunxere, vel etiam Martyres, qui membra Christi vocantur, crucibus affixerunt. Pie creditur Helena ex his clavis duos accommodasse in frænos ad robur & victorias contra hostes impetrandum, & unum diademati Imperatorio adhibuisse; quartum autem in mare Adriaticum conjecisse, ad mitigandum mare, quod in eo loco, qui vorago navigantium vocabatur, uaufragiis infame fuit, & ex eo tempore cessasse ibi naufragandi pericula, mari penitus mansuefacto.*

Pars ex mensali linteo seu mappa, qua Christus in cœna ultima cum discipulis usus dicitur.

Insignes reliquiæ ex linteo, quo Christi in sepulchro corpus involvebatur. Officulum ex humeris St. Catharinæ.

Pars cinguli B. Mariæ virginis.

Dens St. Dorotheæ.

Spina ex corona Christi. Ejusmodi aculei olim & in Monasterio Walckenried Ducatus Brunsvicensis, teste Leuckfeld in Antiquitat. Walckenredensibus pag. 49. 291. 294. asservati sunt.

Cranium St. Sebastiani.

Capilli B. Virginis Mariæ.

Particula de spongia, qua Christus potatus fuit in ligno crucis.

Capsa argentea, quatuor vitris instructa, in qua integer parvus pusio ex innocentibus illis ab Herode occisis asservatur.

Gemi-

Gemina capita S. S. Coſmæ & Damiani.

Fruſtum ex columma, ad quam flagelatus eſt Meſſias.

Caput unius ex 11000. virginum & Martyrum.

Enſis, quo uſus eſt Carolus M. Cranium St. Stephani, proto Martyris; & multæ aliæ Reliquiæ, quas vero omnes transſcribere, nil aliud eſſet, ac ſi Tua patientiâ abuti vellemus.

Magnum iſtum theſaurum ex innumeris iconibus & aureis, & argenteis & cereis, pauperes enim ſaltim cereos ſanctis ſacrificant & dono dant, cum præ pondere & multitudine non amplius parietibus ſuſpendatur, transgredi ſilentio lubet.

Quotannis in hoc templo certis diebus feſtis non ſine ſolennitatibus Academia memorias quorundam. Sactorum renovat & celebrat, nempe St. Leopoldi, Patroni Auſtriacæ; St. Stephani, Patroni Hungaricæ; St. Mauritii, Patroni inclytæ Saxonicæ St. Urſulæ, Patroni Rhenanæ nationis. Johannis, Apoſtoli & Evangeliſtæ, Patroni facultatis Theologicæ; St. Ivonis, Juridicæ; St. St. Goſmæ & Damiani, Medicæ; St. Catharinæ, Philoſophicæ facultatis. Doctores & Profeſſores Univerſitatis audiunt miſſam, orationem cujusdam ſtudioſi peculiari habitu, pileôque magnis plumis ornatô veſtiti, qua oratione iſtius Sancti, cujus ſolennia celebrantnr, laudes, encomia, vita & facta, ſimulque & miracula exprimuntur; muſica non contemnenda hanc excipit. Creantur & in his ædibus Doctores omnium facultatum multo pluribus ceremoniis & ſolennitatibus, ac in aliis Germanorum academiis fieri ſolet. Ante templi portam tabula univerſitatis nigra (*das Schwartze-Bret*) in qua nova literaria quotidie legenda, viſitur.

Farrago Hiſtoriarum, ſpectra concernentium, narratur, quæ nocturno tempore in- & extra has ſacras ædes in cœmeterio obambulantia terrorem & timorem hominibus incuterent; præſertim vero ab undecima ad duodecimam nocturnam clerici, par & par, habitu albo veſtiti ex quadam templi portâ apertâ ordine proceſſionis, uti vocant, exirent, in cœmeterio obambularent & proceſſionem continuarent, litanias defunctorum decantarent. Quidam ex Sac. Cæſ. Majeſtatis officialibus, qui adhuc vivis intereſt, cum aliquando caſu in hoc cœmeterio obdormiviſſet, noctu vero ex hoc cantu cleriorum expergefactus, omnem proceſſionem ſe vidiſſe profeſſus eſt, & quoniam robuſto intrepidoque fuiſſet corde, e longinquo proceſſionem ſequutum eſſe & vidiſſe nulla non ſepultorum ſepulchra aperta, eo vero momento, quo campana duodecimæ horæ ſignum dediſſet, ſingula ſpectra ſingula ſepulchra Intraſſe, quæ momento citius abſque ulla mànu rurſus clauſa & terra cooperta apparuiſſe. Cum vero nocturno tempore cœmeterium ſit undique clauſum, iterum ſomuo plenus ſe ad ſuum locum contu-

lit, auroramque expectavit. De die expergefactus cœmeterii sepulchra visitavit, nullam autem in iis mutationem invenire & observare potuit. Analoga huic ferme traditio in Theat. Europ. Tom. III. Anno 1634, p. 329. legitur. *Wunderlich ist es auch gewesen, was sich zu dieser Zeit zu 3. unterschiedlichen mahlen zu Bresslau hat sehen lassen, nemlich* Procesiones *mit brennenden Lichtern von seltsahmen Gespenstern, deren eine von* St. Albrecht *biss zur* St. Maria Magdalena, *da nichts dann Wind lichter, Kertzen und Geister; die andere bey* St. Dorothea, *bey welcher viel Kürassier, und die 3te von* St. Vincentz *ausgegangen, da neben denen Wind lichtern nichts den lauter Hunde gesehen worden.* Sed finiamus epistolam, ne limites transgrediamur & patientia Tua, Vir summe venerabilis abutamur. Plura de hoc templo videnda in peculiari libro, qui 1721. Viennæ in 8vo cum icone templi sub hoc titulo prodüt. Memorabilia de templo ac turri ad St. Stephanum Viennæ Austriæ fide summa e veteribus documentis eruta. Addamus, in his ædibus quotidie venales prostant in duobus locis. 1.) Cerei variæ magnitudinis albi, qui ante pedes sanctorum cum precibus accenduntur. 2) Simulacra & icones ex cera itidem candida conflati, repræsentantes manus, pedes, mammas, pusiones, virgines, equos &c. qui sanctis appenduntur & immolantur. 3.) Sericum album & rubrum benedictum (*geweyhete Seyde*) quod rosam, morbum, circumligatum pedem vel aliam corporis erysipelate affectam partem curare & dispellere perhibetur. Ferme silentio præteriissemus miraculosum Christum crucifixum in quodam sacello cui capillus crescit & incrementa capit. Vale, Vir amplissime Tuoque amore & favore prosequi ne desine Tuum Brückmannum.

Wolffenb. d. 1. Feb. 1729.



# RANCISCI ERNESTI BRVCKMANNI
MED. DOCT. ETC.

# EPISTOLA ITINERARIA VIta
DE

# OVO GALLINACEO FIGVRATO ET TERRA VLRICANA

AD

*VIRVM CLARISSIMVM, atque AMPLISSIMVM DOMINVM*

## DN. IOH. DAVID. MÜLLERVM,

LYCEI COENOBIALIS, QVOD IN VALLE D. MARIÆ PROPE HELMSTETVM FLORET, RECTOREM DIGNISSIMVM FIDELISSIMVM ETC.
PRÆCEPTOREM QVONDAM OMNI HONCRIS ET AMORIS GENERE LONGE PROSEQVENDVM.



---

*WOLFFENBÜTTELÆ.*
ANNO CHRISTI M DCC XXIX.



# VIR CLARISSIME ATQVE AMPLISSIME,

PRopoſuimus nobis quædam ad TE dare de ovo figurato quodam, quod apud Pontificios in magno honore eſt & ſumma veneratione colitur, æque ac terra Ulricana Auguſtanorum, quæ glires, animalcula nociva, haud tolerare traditur. Primo ſic ſtatim loco prodeat imaginuncula, ovi magnitudine, repræſentans ovum gallinaceum, in cujus putamine vel cortice benedicta mater Dei regali veſtitu cincta & diademate ex auro & gemmis conflato caput ornata, hominum ſalvatorem infantem bracchio dextro bajulans, qui puerulus æque ac mater optime veſtitus & coronatus, videnda, binæ autem hæ perſonæ radiis flammeis, quales quandoque Cometarum & ſtellarum eſſe ſolent, de quaque parte circumfuſa exiſtunt. Ovum, cujus figura hic transmittitur, prout nempe eam æri inciſam Viennæ Auſtriæ inter alias res ſanctas & benedictas, pecunia data, accepimus, a gallina quadam in Taxa ad S. Mariæ Stellam, Bavariæ Monaſterium Auguſtini

)( 2 præ-

præceptis addictum, partum. Hæc imago benedicta, portis & januis domus glutine firmiter affixa, omnis generis ſpectra procul & eorum ludibria nocturna moleſta & aſpectu terribilia propellere dicitur & a vulgo creditur. Qualis autem nexus? qualis logica? qualis ſyllogiſmus? Hoc ovum repræſentat in putamine ſuo Dei matrem & filium & quidem caſu (putamus enim firmiter hanc ſignaturam ex gallinæ oviparæ imaginatione à viſa tali Deiparæ cum filio imagine vel perſona in domo quadam vel templo ovi cortici eſſe communicatam) huic impreſſam & adpictam; ergo ſpectra fugat e domo! Hæc ratiocinatio, hæc concluſio merentur haud indigne adjici iis, quæ copioſiſſimo numero collegit D. Joh. Frid. Mayer cumque aliis communicavit in ſeiner Päpſtiſchen Vernunfft-loſen Schluß-Kunſt der neuen Jeſuitiſchen Läſter-Academie in Schleſien/ zum beſten aus dem Päpſtiſchen Scribenten getreulich zuſammen getragen/ qui liber parvæ molis in 12. Hamburgi A. 1696. lucem aſpexit. vid. plura de hoc modo dicto ovo apud P. Abrahamum de St. Clara, qui integrum volumen de iſto typis Monachii Bavariæ excudi curavit ſub rubrica: Gack/ Gack/ Gack/ Gack à Ga einer wunderſeltſamen Hennen in dem Hertzogthum Bayern/ d. i. eine ausführliche Beſchreibung der berühmten Walfahrt Maria Stern zu Tæxa bey den P. P. Auguſtinern Barfüſſern/ welche ſeinen urhebl. Angang genommen von einem Hennen Ey/ auf dem durch Anordnung des Himmels ein ſtrahlender Stern erhoben ware/ in deſſen Mitten ein ſchön gecröntes Frauen Haupt &c. 8v. 1685. cum fig. Ovum figuratum, cujus apex turritum muliebre ornamentum (quod Galli Fontange vocant) & huic incumbentem parvum puſionem repræſentabat, Norimbergæ ſeculo ſuperiori A. 1690. d. 30. Jul. a gallina quadam nigra partu excluſum eſt prout integra hiſtoria legenda & icon ovi depictus videndus apud Chriſt. Lehmannum in Theatro hiſtorico rerum naturalium & memorabilium territorii montani Miſnici germanico ſermone conſcripto pag. 171. ſub titulo: Fontangen-Ey. D. Stephan. Blankart in Collect. Med. Phyſic. Part. II.

pag.

pag. 148. obſervationem ovi, ſtellam cometam in cortice exhibentis, memoriæ tradidit. Cum Romæ gallina quædam in ædibus Domini Maſſinii de nocte clamoſa voce audiretur, qui à ſervitiis erat furem adeſſe putans de lecto ſurgit & modo excluſum ovum exacte cometam, qui eodem tempore nempe A. 1680 & 1681. in nubibus toti ferme Europæ terrori erat, exhibens invenit, tremens & horrore undique perfuſus ſervus derepente viſa & audita domino ſuo narravit, inſimulque ovum monſtravit. Hic altero mane ſtatim id Papæ, Reginæ Sueciæ & reliquis Romæ Magnatibus videndum & admirandum obtulit; hoc ovum poſtea æri à cælatore inciſum & hinc inde diſtributum varias eruditis & ſpeculationes & cogitationes excitavit. Nec ſilentio prætermittendum erit mirandum iſtud ovum, cujus Theatr. Europ. Tom. IX. pag. 1550. meminit, in quo conſpiciebantur acinaces vagina denudatus, crux & virga. Ne autem patientia Tua in legendo abutamur, plura figuris notata ova non adducemus, firmiter autem perſuaſi ſumus, tales icones in recenſitis & aliis ovis, ut & in Tæxenſi ad St. Mariæ ſtellam, partu editis, nulli miraculo, ſed ſoli harum domeſticarum volucrium imaginationi adſcribendas eſſe, cum gravida talis gallina divam Dei genetricem in templo vel domo quadam optime veſtibus ornatam viderit, (uti modo dicta gallina Tæxenſis, quæ ſæpius forſan hanc Deiparam virginem cum filiolo benedicto aſpexerit, ſibique rudem & incompletum de iſta fecerit conceptum,) poſtea demum ovum excluſerit fœmina quadam & infante figuratum. Noli autem credere, figuram ita exactam & perfectam, prout hic eam in icuncula vides & prout eam Viennæ Auſtriæ ante aliquot annos accepimus, in ovo iſto naturali extitiſſe, ſed nobiſcum puta, pictorem & ſculptorem ærarium figuram multo elegantiorem & magis completam penecillo chartæ appinxiſſe & inſtrumento in ære cælaſſe. Gallina, quæ ovum turrito mulierum ornamento & infante ornatum peperit, tunc temporis imprægnata aſpexerit ſequioris ſexus perſonam talem mundum muliebrem in fronte & in-

ſantem in brachiis moventem, geſtantem, inde ſibi conceptum rudem formavit, phantaſiæ impreſſit, cum ovo figuras viſas communicavit, & ovum hinc, ut modo à nobis delineatum, partu edidit. Ad ovum quod attinet cometicum, gallina de die ſæpius tunc temporis iſtam in cœlo rutilantem barbatam & caudatam mirandæ magnitudinis ſtellam intuens, phantaſiæ & imaginationi ſuæ id lumen ſtupendum imprimens & in ovi cortice delineans, ovum, cui cometæ icon adpicta, edidit. Par & eſt ratio iſtius ovi, cui crux, virga, acinaces &c. adpicti viſi ſunt, gallina aſpiciens ejusmodi inſtrumenta & res, conceptum ſibi formavit & viſa in ovo delineavit, ſicque peperit ovum figura rudi exprimens crucem, virgam, acinacem &c. Habent animalia ovipara æque ac vivipera ſui generis phantaſiam & imaginationem, ſed omnimode diverſam & ab humana plane diſtinctam, cum hæc ſit longe excellentior, multo nobilior, variisque modis præſtantior. Generant & pariunt ovipara & vivipara animalia ex hac imaginatione, quando corrupta aliisque viſis objectis tempore coitus & graviditatis imbuta exiſtunt, non ſecus ac homines, monſtra & fœtus a ſuo genere diverſos, aberrantes, corruptos, mutilatos, incompletos, aliter, ac genus, ſexus & propagatio a ſuâ divinitus inditâ naturâ poſtulat, figuratos & formatos.

De terra ſic dicta Ulricana ſequentia inaudivimus, quæ voluntarie Tecum communicabimus. Hæc cinerea & pulverulenta materia à pontificiis in monaſterio quodam Auguſtæ Vindelicorum, parvis ſacculis ſericis varii coloris indita, diſtribuitur, ſic cognominata eſt à Sancto Ulrico, glirium expulſore, qui, ſecundum pontificiorum traditionem, omnes mures majores, nocivas iſtas beſtias, ſuis ardentibus precibus ex tota hac ampliſſima urbe non tantum, ſed & ex tota circumjacente vicinia expuliſſe, omnesque & ſingulos in quandam ſpeculam, quæ hodienum in templo divo Ulrico dicato, ibi videnda, proſcripſiſſe perhibetur.

Terra

Terra hæc in iſto effoditur loco, in quo divi Ulrici oſſa ſepulta jacent, hinc reliquiis canonifatis iſtius ſancti viri mixta dicitur. Ejusmodi ſacculi ſerici terra, cinere ac pulvere reliquiorum impleti & in alia loca extra Auguſtanam urbem transportati eandem vim glirium expulſivam retinere traduntur. Tres tales ſacculos ſimul uno tempore in domo quadam Brunſvigæ ante aliquot annos aſſervavimus, ſed effectus expulſivus nobis non ſucceſſit, nam hæ beſtiolæ, reſpectu iſtius pulveris non territæ, omnes domus & hypocauſti angulos ut olim ſic & porro perreptarunt. Cum terra quoque & ſchedulam accepimus, in ſequentia verba typis excuſa legenda: Ehrwürdiges Heylthum von der Erden des Grabs / und darin gewesenen Fleisch des H. Beichtigers und Augſpurgiſchen Bischoffs Udalrici, welche / so sie ehrwürdig aufbehalten und zuförderst göttlicher / alsdann auch dieses groſſen H. Ehr einige gute Wercke / als Gebet / Fasten / Allmosen / Opffer in den Kirchen-Stock und dergleichen verrichtet werden / wundersahme Krafft haben / die schädliche Ratzen aus dem Häusern und Nachbarschafft zu vertreiben / wann nemlich solche Particul mit vesten Glauben und guten Vertrauen an dergleichen Ort aufgehängt / oder sonst verwahret werden. Und dieses aus sonderbaren Privilegio, mit welchen der allgütige GOtt die hohe Verdienst seines so lieben Dieners Udalrici mit einem ewigen Wunder bewürdigen wollen. vid. plura in den Breßlauer K. und N. Geschichten XXXV. Versuch pag. 214. it. in Happelii Relat. Cur. Part. IV. p. 84. it. G. Ludovici de St. Ulrico, glirium expulſore, qui liber Anno 1693. impreſſus hactenus à nobis nondum viſus fuit; it. in P. L. Berckemeyers vermehrt. curieuſen Antiquario per Europam p. 402. Verum autem & certum eſt, integram Auguſtanam urbem totamque viciniam circumcirca his beſtiolis vacuam eſſe, cauſa autem non quærenda in hujus ſancti proſcriptione putatitia, ſed naturalis, adhuc latens, ſine dubio adeſt, quæ oculatioribus phyſicis naturæ penetralia & miranda ſedulo rimantibus ſine dubio ſeſe offerret, ſi cogitationes in

eam

eam inquirendam & ſtudium ſuum dirigere vellent. Præterea & in Sueciæ regno, teſte modo dicto Happelio l. c. pag. 502. terram quandam glires non tolerantem habemus, quæ & in aliis locis diſperſa eandem virtutem retinet expulſivam & ex cauſa naturali, arſenicali forſan & venenata, hos mures majores procul fugat & pellit. Hoc murium quoque genus ex alia regione Auguſtam delatum, non diu vivit, ſed vitam mox exhalat, & ſic forſan in aëre, in aquæ & terræ effluviis aliquid gliribus inimici, nocivi, venenati & arſenicalis abſtruſum & reconditum latere poteſt, quod homines adhuc fugit. Sunt & porro plures terrarum loci, qui hæc nociva animalcula plane ignorant, nec St. Ulricum unquam vixiſſe & in mundo fuiſſe ſciunt, forſitan & ad hoc numerari poterit Auguſtanorum gliribus vacua regio? eſt Inſula Maris Baltici, Rugia Germ. Rügen dicta, quæ glires non ſinit eſſe vivos; eſt inſula ſeptem diſtans milliaribus Holmiâ Sueciæ, nec glires nec mures tolerans. Silentii peplo involvemus reliquas regiones & loca iis carentia, ne Tibi vomitum, de hoc nauſeoſo animalculorum genere plura ſcribendo, excitemus. Dies diem docet & ſedula noſtri ævi phyſicorum in recondita naturæ miracula indagatio, quæ jam multa majoribus noſtris nec per tranſennam viſa, nec cogitata unquam, detexit, hæc & nobis tempore indicabit veram & naturalem cauſam, ob quam hîc Auguſtæ & quibusdam aliis locis glires non poſſint aura vitali frui.

Vale, Vir clariſſime atque Doctiſſime, cum tota Tua honoratiſſima familia, & me redamare ut olim ſic & porro perge ſemper Tuum. Dabam Wolffenbütt. die 1. Mart. 1729.



# FRANCISCI ERNESTI BRVCKMANNI
MED. DOCT. ETC.
# EPISTOLA ITINERARIA VIIMA
DE
# FIGVRATIS ET ALIIS QVIBVSDAM CVRIOSIS LAPIDIBVS
IN
# ELECTORATV HANNOVERANO
OBVIIS
AD
*VIRVM CLARISSIMVM, AMPLISSIMVM ATQVE DOCTISSIMVM DOM.*
DOM. ALBERTVM RITTER,
REGII PHRONTISTERII ILFELDIACI AD FAVCES HERCINIÆ COLLEGAM,
PRÆCEPTOREM QVONDAM FIDELISSIMVM
NVNC
AMICVM CARISSIMVM ET OMNI HONORE PROSEQVENDVM.



---

*WOLFFENBÜTTELÆ.*
ANNO CHRISTI M DCC XXIX.



# VIR CLARISSIME ATQVE DOCTISSIME, FAVTOR ET AMICE INTEGERRIME!

OMnem, quam poſſumus, Tibi remittimus gratiarum actionem pro curioſis figuratis lapidibus & Alabaſtritis varii coloris æque ac variegatis mineriſque metallicis, quibus regio Ilfeldenſis & vicina Northuſana, Stollbergenſis, Hohenſteinenſis abundant, quorum nos participes & quibus muſeolum noſtrum metallicum locupletius & auctius reddere non detrectaveris; cumque ſimul nobis aurem vellicaveris, ut ſub finem ſuperioris anni inceptas epiſtolas itinerarias continuaremus, petitis Tuis ſatisfacere non recuſabimus. Ante aliquot annos lapicidinas varias,

rias, aliaque loca, in quibus lapides figuris peculiaribus insigniti inveniendi dicebantur, in Electoratu Hannoverano plus vice simplici visitavimus, nuncque de iis observata nostra tunc temporis facta Tecum communicare constituimus. Haud procul urbe Hannovera in luco opaco & delicatissimo conspicitur castellum Ill. Comitis de Platen, Lindenum dictum, cui ad latus dextrum lapicidinarum longa lataque series, in quibus partim murarii lapides pro ædificiis exstruendis, partim calcarii pro conficienda calce nunquam non exscinduntur & effodiuntur. Cum his simul in variis subterraneis stratis protractum vidimus Selenitem rhomboidalem, sic dictum, quia hic geometricus lapis, vel in minima & vix visibilia fragmenta confractus, retineat tamen figuram quandam rhomboidalem. Colorem monstrat duplicem, unum splendentem pellucidum instar glaciei Mariæ, ad cujus familiam unanimi lithologorum consensu pertinet, alterum lacteum obscurum nec pellucidum. Ustione in gypsum bonæ notæ convertendus est hic lapis; gaudet quoque quibusdam venis luteis pulverulentis instar Ochræ, quæ terrestris materia digilis facile in pollinem luteum abit, & pictoribus forsan usum præstare posset, si hanc ochram colligere, lavare & ab adhærentibus quisquiliis arenosis purgare vellent. Sunt & strata lapicidinæ, in quibus invenimus lapides Judaicos, cochleas marinas tortiles majores petrifactas, vulgo Strombitas, haud vulgari modo intortas, figurâ conoidea oblonga gracili, cinerei coloris; parvos cochlitas quorum quidam vix acus globulum pondere & magnitudine superabant, grysei, brunni & lutei coloris; lapides Lyncis minores sed vulgares, &c. Fortuna quoque secunda in manus dedit lapidis calcarii frustrum optime signatis radiatis & copioso numero conspiciendis asteriis aspersum. Pone viridarium Regium Hernhusanum, quod gratissima amœnitate & magnificentia splendidissima totius Europæ miraculum dici mereretur, inter lapides, arenas, sabulum & terram, quæ

ex

ex canalibus pro aqua ad machinas hydraulicas ducendâ magnis sumptibus factis effossa & ejecta, observavimus plures lapides Lyncis minores, & in diffractis lapidibus corneis corallia marina varii generis petrifacta, asterias radiatas pentagonas elegantissimas, echinitas & particulas testarum echinorum dilaceratas. Inveniuntur & lapides læves politi figurâ ovali, rotunda, tri- & multangulari, aliâque mathematica, qui omnes & singuli originem suam debent lusui, fortiori motui, triturationi, girationi & alluvioni aquarum, quibus lapides poliuntur, lævigantur, deteruntur, triturantur & in figuram quandam geometricam coguntur. Relatum habemus ripas non modo Leinæ, fluminis Hannoveram & Hernhusum præterlabentis, Belemnitis ad aliquot milliaria repletas esse, sed & rusticos in diversis agris eos copiose vomere exscindere solere, qui postremi intus cavitatem suam conicam materia alba cretacea repletam haberent. In aliis locis prope Hannoveram exarant echinos petrifactos, pileatos, rotundos, sed aculeis spoliatos, coloris albi, cretâ parum duriores, diversæ magnitudinis, Hut- oder Mützen-Steine; hi à superstitiosa rustica gente in usum trahuntur, quando nempe vaccæ, loco lactis, sanguinem ex uberibus mulgent, lapides pulverisati non sine felici effectu iisdem exhibentur; suturis, sulcis & ad basin diffusis lineis non sunt ornati hi echini fossiles, sed superficies tota tantum, infra & supra, punctulis & peltis, absque oculo armato vix conspicuis, notata, quæ peltæ nihil aliud sunt, quam vestigia radiorum echini, quibus nempe quondum cum animalculum viveret, aculei implantati exstitêre. Lapides quoque bufonios seu Echinos fossiles pileatos & rotundos ex præfectura Iltensi (aus der Amt-Voigtey Ilten) dono accepimus, in quibus quinque geminati linearum ordines à vertice summo ad basin æquali fere intervallo sese diffundunt, spatia intermedia punctata sunt, totum corpus crusta lapidea tenui inductum & tectum, massa autem interna ex materia mere mar-

 gacea

gaceâ constat. Tribus Hannovera milliaribus distat oppidulum Neostadium ad Leinam, vulgo Neustadt am Rübenberg dictum, hic loci ad ripam fluminis Leinæ omnis generis lapidum figuratorum farrago copiosa colligenda; adest stratum lutosum & argillaceum ex nigro-cinereum tenax, in quo ostreæ petrifactæ nigræ majores latent, adsunt massæ ex istis conglutinatæ xx. xxx. & plurium librarum. Adest stratum, in quo ab aqua alluente politi, lævigati & perforati visuntur lapides argillacei, foramina excavata sunt oblonga & rotunda, ac si ab insecto quodam perterebrata essent. Adest stratum, in quo peculiares lapides ex meris parvis pyramidibus constantes, unius basis alterius apici semper firmiter agglutinata, plures tales erectæ & inversæ pyramides hoc concretum lapideum sistunt. Hinc inde cum lithophylis hujus mirandi lapidis frusta communicavimus, latet autem adhuc omnes, quid sit? sunt equidem, qui putant, esse balanos marinos in lapidem conversos; sunt &, qui lignum olim fuisse & petrifactum, ein gegen die Axe zu fibrirter Splitterholtz-Stein / existimant; sunt autem meræ conjecturæ, quæ ad lapidem hunc non quadrant. Ad pagum Gremshusen in Abbatia Gandersiensi idem lapidis genus reperiundum, non distans ab hoc nisi solo colore livido, qui in Neostadiensi albus est. Adest terræ stratum, in quo globuli cani non adeo duri, his per medium confractis in apricum venit corpus quoddam rude, informe & quod cognosci nequit, eleganter splendentibus nigris squamis, piscium instar exornatum. In alio strato reperiuntur renes lapidei oblongi & crassi, brunni coloris, qui longitudinaliter scissi integrum gammarum marinum cum crusta, chelis & pedibus optime exhibent. Hos renes ipsimet præsentes non observavimus, ex liberalissima tamen donatione Excell. D. Hugonis, Archiatri Regii consultissimi, tria istorum exemplaria in museolo nostro possidemus, qui ista

An-

Anno 1728. nobiſcum benevole communicavit, ſimulque perſcripſit, nullo non anno Neoſtadii nova ad Leinam ſtrata novis figuratis lapidibus antea non viſis ibidem referta, quando nempe fortiores aquarum impetus & inundationes priſcas avellerent & eluerent ripas, provenire. Adeſt ſtratum magnum & longe ad flumen protenſum, in quo conchæ minores bivalves læves innumero numero colligendæ, partim teſtâ orbatæ, partim teſtâ gaudentes, hacque iterum albâ, nigrâ, luteâ inſtar terræ ochræ, brunna, ruffa & variegata, qualis videnda in conchis marinis ad littora Hollandiæ vulgo an den Scheffinger Muſcheln; partim adhuc in matrice hærentes, partim ſunt conquaſſatæ & teſtam confractam exhibent. Harum tanta copia proſtat, ut plauſtra iisdem onerari poſſent. Adeſt ſtratum, in quo elegantiſſimi turbinitæ, partim in matrice, partim extra hanc, quorum icones videndi in Theſauri noſtri ſubterran. Ducat. Brunſvic. Part I. Cap. XXIV. pag. 124. Tab. XXIV. Fig. I. II. III. ſunt fruſta lapidea ex meris ejusmodi majoris & minoris familiæ turbinitis concreta; ſunt & lapides fiſſiles cinerei non admodum duri argillacei, qui in interſtitiis ſuis turbinitas minimos albiſſimos, absque oculo armato vix conſpicuos, elegantiſſimos tamen monſtrant & exhibent. Adeſt ſtratum, in quo Cornua Ammonis ſpiris in ſe convolutis & intortis ad inſtar Cornu Arietini leguntur. Adeſt inſula in flumine Leina non admodum magna ad latus dextrum pontis oppiduli Neoſtadii ſita, quæ ex meris ferme petrifactis echinorum marinorum radiis, quos vulgo Belemnitas vocant, coacta & concreta Per pagum Marienhagen, qui duobus Hannoverâ diſtat milliaribus, rivulus tranſit, hic quando poſt diluvia examinatur, præbet elegantiſſima Cornua Ammonis minora & lævia, lineis deſtituta & aſpera ſuperficie prædita, tuberculata & verrucoſa, armatura orichalcea, ob quam ruſtica gens putat aurum eſſe. Ante aliquot annos Paſtor iſtius loci, Reverend.

D. Ho-

D. Hogreven, quoddam raræ magnitudinis ibi ad modo dictum rivum eruit, quod craſſitie duorum digitorum, circumferentia Imperialis erat, quodque adhuc in beati defuncti & ſumme venerabilis viri Abbatis Schmidii collectione rerum naturalium & artificialium Helmſtadii ab hæredibus
TAB. I. aſſervatur. Iconiſmum hujus Cornu habe in appoſita tabula ænea. Interdum & parvæ conchulæ, cochleæ minores & turbinitæ exilis metalliſatæ cum Ammonis cornubus effodiuntur & eluuntur. Omnia hæc foſſilia Mariæhagiana ex pyrite (geibeu Kies) conſtant, cujus & fruſta varia absque notab li figura hic loci effoſſa vidimus. In campis autem hujus & vicinorum pagorum à ruſticis cochleæ majores
TAB. II. petrifactæ, quarum icones hic Tab. II vides, aratro exſcinduntur & à curioſis colliguntur; durities iis eſt admodum firma, materia calcaria; nunquam non extra matricem ſolutæ jacent, figura & magnitudo non ſemper eadem, uti ex adjectis quatuor earum ſpeciminibus videndum. Plura adhuc addere poſſemus de aliis in terris Hannoveranis repertis & reperiundis petrifactis, ſed epiſtola nobis non cogitantibus, ita increvit, ut abrumpere, ne Tibi tædium creemus, coacti ſimus. Vale reliquum feliciter & nos amare perge, qui ex animo Tibi favemus.

Wolffenb. d. 2. April. 1729.



# FRANC. ERN. BRÜCKMANNI
MED. DOCT. &c.

## EPISTOLA ITINERARIA OCTAVA
SISTENS

# MEMORABILIA BAMBERGENSIA

AD

VIRUM

*PLURIMUM REVERENDUM, AMPLISSIMUM,*
*DOCTISSIMUM DOMINUM*

DOMINUM

## FRID. CHRISTIAN. LESSER
PASTOREM NORTHUSANUM AD MONTEM
MARIÆ VIRGINIS VIGILANTISSIMUM
ET
ORPHANOTROPHII ADMINIST. SPECTATISS.
FAUTOREM ET AMICUM CARISSIMUM.



CUM FIG.

WOLFFENBUTTELÆ
ANNO CHRISTI MDCCXXIX.



*VIR PLVRIMVM REVERENDE ATQVE DOCTISSIME,*

*FAVTOR ET AMICE CARISSIME!*

INter alia nobiliora Europæ loca & menſe Januario Anno 1725. Bambergam ſatis magnam & amplam, Romano-Catholicæ fidei addictam, viſitavimus urbem, (quæ quoniam muris & fortalitio caret, ad maximos ſaltim refertur pagos) ad Electorem Moguntinum, qui tunc temporis hic loci reſidebat pertinentem. Sita eſt hæc urbs in plaga admodum fertili & fœcunda, vites viniferæ & uvæ dulces oculos & animum recreant, frumenta ſat copioſa & turgentia hilarem dant meſſem, olera hortenſia & herbæ ſativæ, quæ in uſu cibario eſſe ſolent, præ aliis ſapida; ceparum & liquiritiæ tantus proventus, ut de poſteriori dulci radice infinitis Europæ officinis pharmaceuticis quotanis proſpiciatur. Plurimis urbs gaudet templis & monaſteriis, ſic adeſt Conventus Patrum Societatis Jeſu, vulgo Jeſuitarum, Dominicanorum, Capucinorum, Franciſcanorum, Carmelitarum, Canonicorum, quos Dohmherrn appellant; ſic proſtant bina virginum cœnobia &c. Templum cathedrale Collegii Canonicorum ſat ſpatioſum ſecundum artem quadratariam ex ſaxo duro conſtructum eſt; ante hujus portam duo bufones, in magnitudine leonum, ex lapide cæſi viſuntur; traditio ſequens de iſtis hic Bambergæ vulgo circumfertur: Cum hujus ſacræ & magnificæ ædis fundamenta ponerentur, duo bufones vivi, magnitudine leonum, in terra reperti, qui incrementa hujus ſacræ domus inhibere conati, imo aliquoties muros jam conſtructos & fundamenta lege architectonicæ poſita deſtruxerunt & plane diruerunt, hinc hæ beſtiæ Satanicæ, (naturales enim bufones in tantam nunquam excre-

excrescunt molem) telis transfixæ sunt & in memoriam supradicti busones lapidei eadem magnitudine & mole, qua vivi fuerunt, hic ante templum positi cernuntur. Relatio fabulam redolet. Statim ac hanc ædem ingressi sumus, visui occurrit sic dictus *perpetuo ridens angelus*, qui signum hujus templi mnemonicum, Wahrzeichen/ constituit; hic angelus est statua lapidea, quæ ex omni plaga & quacunque regione, sit dextrorsum, sit sinistrorsum, visa, semper ridens apparet. Est & adhuc alterum signum mnemonicum, nempe statua Divum Stephanum, Regem Hungariæ fortem, equo animoso & alacri insidentem repræsentans, eo modo cæsa, quo Rex gratia invisendi Heinricum Imperatorem Bambergam ingressus. Silentio vix præterire possumus sepulchra, in quibus corpora Imperatoris Heinrici & Kunigundæ examinata quiete dormiunt, ridiculamque traditionem de horum miraculis: Imperator prius e vita discessit & sepultus, post & Imperatrix animam efflavit, cum vero hujus cadaver exstinctum ad latus carissimi conjugis sinistrum poneretur, corpus exanime Imperatoris ex sepulchro de loco suo sponte se movit, latus uxori concessit dextrum, superioremque se esse voluit, & sic de manu dextra & superioritate mortui certarunt. Postea nobis monstrabatur campana metallica cum parvo foramine. Imperator modo laudatus & Imperatrix, quilibet & quælibet seorsim fundi campanas curarunt; sed ista, quæ jussu Kunigundæ conflata erat, sonavit clangorem multo gratiorem & auribus suaviorem, præ ista Cæsaris campana; Imperatrix, cum animadverteret, id carissimo conjugi tædium afferre, detrahit annulum digito suo & jecit istum ad campanam, qui vero sibi foramen in metallo isto duro fecit & per campanam in templum decidit; vis stupenda ictus fuit, nam spatio unius horæ Imperatrix ab urbe, cum annulum, parvæ molis corpusculum, in campanam conjiceret, distabat. Hoc foramen clangorem sonorum & auribus antea gratum metalli infregit. Hic ictus, si verus nec fictitius, necesse fuit merum & stupendum miraculum, aliter impossibile fuisset, annulo quodam in propinquo, multo minus procul & longe, ex distantia totius horæ, foramen per campanam ex metallo duro conflatam trajicere & istam perforare. In peculiari concameratione

 hujus

hujus templi admodum dives ex auro, argento, cimeliis pretiosis, gemmis, unionibus & Reliquiis thesaurus visendus, in hoc præcipue altare portatile ex Onyche multis figuris affabre cælato, album lapidis semper figuras repræsentat, & id quod in lapide obscurius est, nunquam non sistit campum. Hæc gemma permagno & aliquot millionibus æstimatur. Adest corona Imperatoris Heinrici, qua Romanorum Imperator caput cinctus fuit, Bambergenses perhibent, si solenne adhuc esset, Romæ Imperatores diademate coronare, necesse foret, hanc semper coronam tunc temporis Romam transportare. Pone hanc & Imperatricis Kunigundæ diadema conspicitur. Porro particula clavi, quo Christi, Salvatoris nostri, manus altera crucis maledicto ligno affixa fuit; hoc frustulum miracula efficere innumera Romanæ fidei addicti perhibent, præcipue curare & exstinguere dicitur cancrum putidum mammarum. Omnibus & singulis, qui hunc clavum visendi gratia accurrunt, ad osculum porrigitur, ii quoque dono accipiunt libellum parvum quinque foliorum in forma octava, in Fig. I. quo frustulum clavi æri incisum cum appensis litaniis & variis ad hunc clavum precibus. Libellus, antequam dono cuilibet datur, prius clavo parum affricatur, & sequentia in se continet verba:
„En tibi qui hæc aspicis ad vivum expressum & depictum SStum „Clavum, quo Redemtor noster ligno crucis affixus fuit a S. Hen„rico Imperatore inter alias SS. Reliquas ex speciali amore Spon„sæ suæ Ecclesiæ Cathedrali Bambergensi Clementissime dono re„lictum Anno 1012.

Wahrhaffte/ eigentliche Contrafactur des mercklichen Theils eines aus denen heiligen Näglen/ mit welchen unsers HErrn JEsu Christi Händ durchstochen/ und an das Creutz genaglet worden/ so von dem H. Kayser Henrico, tausend zwölff/ dem hohen Kayserl. von ihme gestifften Domstifft zu Bamberg/ als es consecrirt/ und GOtt zu Ehren geweyhet/ neben einem grossen Stück des heiligen Creutzes verehret worden; Inmassen Leopoldus de Bebenburg, in libro de Zelo Principum Germaniæ Cap. 12. bezeuget/ und wird die Wahrheit obberührten H. Nagels/ wie von Alters hero/ also auch noch auf heutigen Tag/ mit viel und grossen Wunderzeichen confirmirt und bestättiget. Cum permissu Superiorum. 8v. Bamberg. 1723.

Litaney

Litaney zu denen H. H. 5. Wunden unsers Erlösers und Seeligmachers JEsu Christi.

Kyrie eleison / Christe eleison / Kyrie eleison / Christe höre uns / Christe erhöre uns.

Christe / der du für uns gecreutziget bist worden / erhöre uns.

GOtt Vater vom Himmel / GOtt Sohn Erlöser der Welt / GOtt Heiliger Geist / Heilige Dreyfaltigkeit ein einiger GOtt /

JEsu Christe / der du unsertwegen deine heilige 5. Wunden zu empfangen / dich deinen himmlischen Vater freywillig anerbothen /

JEsu Christe / der du die H. H. 5. Wunden unsertwegen zu empfangen / und dein rosenfarbes Blut für unser Heil daraus zu vergiessen / mit unaussprechlicher Liebes-Begierde bist angetrieben worden.

JEsu Christe / der du den Anfang deiner H. H. 5. Wunden in kostbarlichsten Bluts-Vergiessung in der schmertzlichen Beschneidung GOtt deinem himmlischen Vater für uns aufgeopffert /

JEsu Christe / der du von denen Juden zum Creutz und Wunden für uns begehrt bist worden /

JEsu Christe / der du zum Creutz und schmählichen Tod durch ungerechtes Urtheil verdammet bist worden /

JEsu Christe / der du deine H. H. 5. Wunden für uns zu empfangen auf den Berg Calvaria ausgeführt bist worden /

JEsu Christe / der du mit stumpffen Nägeln an das schmähliche Creutz angehefft / und an Händ und Füssen schmertzlich durchgraben bist worden /

JEsu Christe / der du in deiner H. Seiten und gebenedeyten Hertzen mit dem Speer durchstochen und eröffnet worden /

J. C. aus dessen H. H. 5. Wunden der Werth unserer Erlösung reichlich geflossen /

J. C. der du in deinen H. H. 5. Wunden den Brunn-Quell des ewigen Lebens uns hast eröffnet /

J. C. der du durch deine H. H. 5. Wunden die gantze Welt hast erlößt /

J. C. der du in deinen H. H. 5. Wunden einen sonderlichen Schutz in aller Widerwärtigkeit uns hast vorbereitett /

J. C. der du durch deine H. H. Wunden in deine Glory und Herrlichkeit bist eingangen /

Erbarme dich unser!

J. C. der du deine H. H. 5. Wunden vom Todt frölich aufstehend in deinem glorificirten Leib hast behalten/

J. C. der du mit deinen H. H. 5. Wunden die gantze himmlische Stadt Jerusalem mit wunderbarlichen Glantz erleuchtest/

J. C. der du durch Zeigung deiner H. H. 5. Wunden GOtt deines erzörneten himmlischen Vaters gegen uns Sündern gefasten Zorn unaufhörlich abwendest/

J. C. der du mit deinen H. H. 5. Wunden am Jüngsten Tag wiederum wirst erscheinen/

J. C. der du mit deinen H. H. 5. Wunden am Jüngsten Tag deine Auserwählte mit unaussprechlicher Freud wirst erfüllen/

J. C. der du am Jüngsten Tag durch deiner H. H. 5. Wunden Anblicke/ die Gottlosen über alle massen wirst erschröcken/

Erbarme dich unser!

Sey uns gnädig!

Verschone unser HErr JEsu Christe/ durch deine H. H. 5. Wunden.

Sey uns gnädig!

Erhöre uns HErr J. C. durch deine heilige 5. Wunden.

Von allen Ubeln Leibs und der Seelen/ erlöse uns HErr J. C. durch deine heil. 5. Wunden.

Von dem gähen/ unversehenen/ unseeligen Todt und uhrplötzlichen Sterben/ erlöse uns/ 2c.

Von allen Fallstricken der teufflischen Versuchungen / erlöse uns/ 2c.

Von dem Urtheil der ewigen Verdammniß: Gehet hin ihr Vermaledeyte / erlöse uns / 2c.

Wir arme Sünder bitten dich/ erhöre uns.

Daß du unser durch deine H. H. 5. Wunden verschonest/

Daß du uns zu andächtigen und eiffrigen Liebhabern deiner H. H. 5. Wunden aufnehmen / und dieselbe ohn Unterlaß zu ehren/ durch deine Gnade wollest bestättigen/

Daß du uns deine H. H. 5. Wunden in unsern letzten Nöhten/ zu einer sonderlichen Zuflucht verstatten und verleihen wollest.

Daß du in der allerheiligsten Wunden deines gebenedeyten Hertzens/ unsere Seelen / wann sie vom Leibe abgesündert / auf- und annehmen wollest/

Wir bitten dich/

Daß

Daß du alle Secten und Irrthumben ausreuten / und die irrende Schäfflein zu der rechten Einigkeit deiner H. Kirchen wiederum bekehren wollest /

Daß du alle Catholische Fürsten in rechter und wahrer Einigkeit erhalten wollest /

Daß du Krieg und Blut-Vergiessung / Aufruhr und Widersetzung gegen der ordentlichen Obrigkeit dämffen / und von unserem Vaterland Teutscher Nation verbannen wollest /

Daß du Theurung / Pestilentz / und alle verdiente Straffen von uns gnädig abwenden wollest /

Daß du uns / samt allen Auserwählten am Jüngsten Tag mit dem allerholdseligsten Anblick deiner H. H. 5. Wunden erfreuen wollest /

JEsu Christe / der du diese H. H. 5. Wunden am Creutz unsertwegen hast empfangen /

erhöre uns!

O du Lamm GOttes / welches der Welt Sünd hinweg nim̃t / verschone unser wegen deiner H. H. 5. Wunden.

O du Lamm GOttes / rc. erhöre uns wegen deiner rc.

O du Lamm GOttes / rc. erbarme dich unser wegen rc.

Kirie eleison; Christe eleison; Kirie eleison. Vater Unser rc. Ave Maria.

℣. Sie haben meine Händ und Füß durchgraben.

℟. Alle meine Gebeine haben sie gezehlet.

℣. Mein Hertz ist wie Wachs zerschmoltzen.

℟. Mitten in meinem Leib.

℣. HErr erhöre mein Gebeth.

℟. Und unser Flehen lasse für dein göttliches Angesicht gelangen.

## Gebet.

HErr JEsu Christe / der du aus dem Schoos deines ewigen Vaters vom Himmel herab auf die Erden gestiegen / und dein Rosenfarbes Blut aus deinen allerheiligsten 5. Wunden zu Vergebung unserer Sünden mildiglich vergossen / dich bitten wir demühtiglich / lasse uns am Tage des Jüngsten Gerichts zu deiner Rechten die liebliche und holdselige Stimm hören: Kommet her ihr Gebenedeyten meines Vaters / und besitzet das Reich / welches euch vor Anbegin der Welt ist bereitet.

2. O GOtt/ der du durch die glorwürdige Wunden deines eingebohrnen Sohns J. C. unsere Seelen erlösen und heiligen wollen/ wir bitten dich/ verleihe allen denen/ die sich der Ehr dieser H. H. 5. Wunden unabläßig erfreuen/ deines Schutz und Schirms in allen Nöhten und Widerwärtigkeiten zu geniessen.

3. O GOtt/ der du gewolt/ daß dein geliebter Sohn die schmertzlichste 5. Wunden am Creutz unsertwegen empfinge/ damit wir von des höllischen Feinds Gewalt in Dienstbarkeit errettet würden; Giebe uns deinen Dienern/ daß wir durch höchst-ehrengedachte H. H. 5. Wunden die glorwürdige Auferstehung zum ewigen Leben erlangen.

4. O GOtt/ der du durch die H. H. 5. Wunden deines Sohnes unsers Erlösers ein Mittel des ewigen Heyls der gantzen Welt verschaffet; wir bitten dich/ verleihe deinem Volck alle nothwendige himmlische Gaben/ damit es die rechte Freyheit im ewigen Leben/ mit unaufhörlicher Freude besitzen mögen.

5. HErr JEsu Christe/ du Sohn des lebendigen GOttes/ der du für das Heyl der Welt am Stammen des H. Creutzes/ die H. H. 5. Wunden unsertwegen empfangen/ aus welchen du dein allerkostbarliches Blut/ um Erlösung unserer Seelen so reichlich vergossen; wir bitten dich demühtiglich/ lasse uns nach unserem Abschied von diesem Jammerthal in dein himmlisches Paradeiß mit Freuden gelangen/ darin wir dich neben allen Auserwählten/ in alle Ewigkeit loben/ preisen und ehren mögen. Amen.

## Gebet zu dem H. Käyser Heinrich.

Seye gegrüsset du ewig-grünende Blum der Keuschheit/ seye gegrüsset du Spiegel der vollkommenen Reinigkeit/ du Stiffter des hohen Domstiffts Bamberg/ Heiliger Kayser Heinrich/ deinem allergetreuesten Schutz ergebe ich mich vollständig/ und überlasse mich dir mit andächtigen Hertzen gäntzlich/ du wollest mit deiner hochvermögenden Vorbitt mir hülfflich erscheinen; in allen Nöhten und Angelegenheiten meines Lebens Hülff leisten/ stehe mir bey im letzten Augenblick/ wann ich das Jammer-volle Leben beschliessen und verlassen/ auch von dessen zugebrachten Lauff die genaueste Rechenschafft werde geben müssen/ auf daß ich mit allen heiligen Sacramenten versehen/ von allen Macklen der Sünden gereiniget/ und vermittelst

telst vorhergehender göttlicher Einsprech- und Ermahnung desto fertiger mich darzu bereite und anschicke/ das allgemeine Looß des menschlichen Lebens/ als den gebührenden Sünden-Sold bezahle/ und mit dir in Vergesellschafftung zu ewiger Ruhe und Frieden meine Seele von dem Leib aufgelöst werde.

Gebet zu der H. Kayserin Cunegund.

Seye du auch gegrüsset mit deinem reinen und unbefleckten Ehe-Gemahl dem H. Kayser Heinrich, du Schnee-weisse Lilien der Keuschheit/ du Liebhaberin der Reinigkeit/ o heilige Kayserin Cunegund/ dich bitte ich durch deine Jungfräul. Reinigkeit/ verlasse mich nicht am letzten End meines Lebens/ sondern verschaffe durch deine hochgültige Fürbitt/ daß ich durch vorhergehende Erkäntniß eines seel. Ends den Lauff meines Lebens vollende/ und mit mir wieder alle gewaltige Anfechtungen und Nachstellungen des bösen Feinds dergestalt streite/ damit im Stand der Gnad GOttes meine arme Seel in die Händ ihres Schöpffers aufgebe/ und denselben mit dir und deinem H. Ehe-Gemahl/ auch allen Heiligen in der ewigen Seeligkeit ewiglich anschauen möge/ Amen.

Particula istiusmodi clavi in Tullensi templo monstratur, quæ in Tabula addita pone fig. II. visenda. Valentini in Mus. Museor. Part. II. p. 196. Tab. XXXVII. fig. II. integrum clavum de cruce Christi oculis exhibet, qui Augustæ Trevirorum in Abbatia S. Maximi sancte veneratur, & qui similis isti, qui Viennæ Austriæ in Thesauro Imperiali, item & isti, qui auro inclusus in Fano St. Dionysii Galliæ servantur, hic quando publice monstratur, omnes & singuli genibus flexis istum sancte colere coguntur. vid. Auli Apronii vermehrte Reise-Beschreibung p. 142. Iste clavus, qui Viennæ visendus, dicitur perterebrasse manum Christi dextram, secundum Pontificis cujusdam Romani attestatum, quod simul cum clavo asservatur, & quod quoque aperit, Constantinum M. istum clavum continuo in pileo gestasse. it. Pontificem experimenta cum ipso apud decumbentes ægrotos fecisse, qui, licet fuerint miserrimi, derepente tamen, ac clavus istos attigisset, de lecto sani & hilares resurrexissent. Hæc attestatio manuspripta insimul cum clavo a Pontifice Maximo Imperatori Conrado II. dono data. vid. plura in Küchelbeckers allerneuesten Nachricht vom Römisch-Kayserl. Hofe p. 863. Mediolani in templo cathedrali ejusmodi clavus maxima

Fig. II.

veneratione prosequitur. vid. Missons Reisen in Italien Part. II. p. 981. In templo Sanctæ Crucis Romæ ostenditur quidam clavus, qui per Dn. nostri Iesu Christi sanctas manus transfixus fuit. vid. Matth. Puel Itinearium Thalassicum p. 184. Viennæ in templo cathedrali frustulum quoque clavi, quo Christus crucifixus est, vidimus. Salvatorem mundi tribus tantum clavis crucis ligno affixum fuisse credimus, id quod & Romano-Catholici ipsimet perhibent, interim cum plures, quam tres, apud ipsos clavi venerentur, serram contentionis inter se reciprocant de veris, quælibet enim ecclesia suum, quem asservat clavum, pro vero & genuino habet. Prudentiores inter Romanos dicunt, tres tantum esse veros, reliquos esse istos, quibus trabes crucis conjunctæ fuissent. Sed in fornicem, thesaurum Bambergensem continentem, revertimur, &, viso clavo, reliqua inspicere jubet; statim se offert auro obryzo inclusum frustum ligni crucis Christi, quale & Gandershemii in Ducatu Brunsvigio, secundum Leuckfeldii Antiquitat. Gandersheim. p. 59. monstratur. Si placet, conferatur Epistola nostra Itinear. Vta de templo cathredrali Viennensi, in qua permulta hujus ligni fragmenta & particulas operose collegimus. In hoc Bambergensi thesauro est statua parva ex hoc crucis ligno confecta benedictam Dei matrem exhibens, in cujus cavo a tergo machæra vel gladius æque parvus confectus ex ferro lanceæ, qua Christi latus apertum fuit, cum epigraphe: und es wird ein Schwerd durch deine Seele dringen; quæ verba, sunt qui ita exponunt, vaticinium sint Salvatoris nostri, quo matri suæ prædicere voluerit plus quam divinum honorem, quem Romano-Catholici in se conferrent, quique honor ipsi ingentem dolorem, non aliter ac si gladio pungeretur, excitaret; an hæc Christi mens fuerit, dijudicent verbi divini interpretes. Porro adest iste clavus, quo inscriptio cruci supra caput Christi affixa fuit; Ensis Imperatoris Henrici; it. ejusdem hasta cum satis longa pertica; terra de monte Oliveto, in quo Apostoli sommo indulgentes quieverunt; pannus, quo Christus, finito pediluvio, suis ministris pedes siccavit. Particula lactis matris Dei; de eodem lacte pars quoque Gandersheimii asservatur. vid. Leuckfeld l. c. Quedlinburgi olim erat in Abbatia in fornice, das Zitter-Gewölbe dicta, vitrum, in cujus fundo materia alba sicca instar calcis,

calcis, quæ lac matris Dei fuiſſe perhibebatur, ſchedula appenſa literis monachorum, vulgo Münnich Schrifft / exarata, hæc duo tantum continebat verba: Lac virginis. Hoc vitrum clementi juſſu jam regnantis Imperatricis Viennam Auſtriæ transmiſſum fuit. Sed iterum ad theſaurum Bambergenſem: adſunt iſtæ catenæ, quibus S. Petrus in carcere vinctus & conſtrictus fuit; it. fragmentum virgæ Aaronis, quæ ante altare, cum tribus ob ſacerdotium in partes diviſæ erant, germina emiſit. Liber Evangeliorum ex charta Pergumena, literis aureis elegantiſſimis, (quales pingendi ad artes hodie deperditas refertur) exaratus & ante mille jam annos confectus; liber miſſarum ejusdem ætatis, earundemque literarum pretioſarum ac antedictus; hoc libro Romano-Catholici monſtrare volunt, miſſam celebrare non eſſe novum inventum, ſed jam multis retro ſeculis ad cultum Dei uſurpatam. Altare portatile Imperatoris: Henrici ex auro, opere, uti vocant, moſaico & gemmis confectum, quod divus Cæſar nunquam non in itinere ſecum portavit & in quo ſæpius miſſam celebrari audivit. it. Cranium S. Kunigundæ; it. veſtimenta modo dictarum perſonarum, inter quæ iſta, quæ Kunigundæ olim corpus attigerunt, nunc partu difficili miſere laborantibus peculiarem virtutem exſerunt. it. Spina ex Chriſti corona deſumta, quæ ſpecifice auxiliari contra dentium dolorem perhibetur. Lituus ex auro Epiſcoporum iſtius loci; crux aurea, quæ ipſi ſemper præfertur; Machæra Equitis St. Georgii cœlo delapſa; duo urcei magni, in quibus Chriſtus in nuptiis Canæ Galilææ ex aqua bonæ notæ vinum miraculoſa & divina metamorphoſi confecit. Hæc bina vaſa non unius ejusdemque ſunt magnitudinis, materia ex qua apparet marmor rubrum maculis albis diſtinctum, licet Dn. Reverend. Pater, qui hos urceos nobis monſtravit, ex materia quadam artefacta confectos eſſe affirmaret; plane diſtant ab iſto urceo, quem ante annos aliquot Quedlinburgi in Abbatia vidimus, & quod ad ſtructuram. & quod ad materiam ex qua, colorem, magnitudinem & reliqua. Quidam ex iſtis urceis in theſauro Fani St. Dionyſii in Gallia, teſte Aulo Apronio in Itinerario p. 142. videndus; iterum quidam inter antiquitatis Urbis Andegavi in Tractu Andegavenſi Galliæ monſtratur, de quo vid. Talanders curieuſe und Hiſtoriſche Reiſen durch Europa p. 71. Quendam ex



iſtis

iſtis VI. hydriis Quedlinburgi quondam vidimus, hic ex marmore pellucido, colore ex albo ad luteum vergente venis albis diſtincto, confectus, anſa altera deficit, quæ Coloniæ Agrippinæ ſancte aſſervatur. An ejusmodi vaſa ſint genuina & revera iſta, quæ in modo dictis nuptiis Christus vino repleverit, valde dubitamus, ſacra ſcriptura ſaltim mentionem de ſex hydriis fecit, & ejusmodi urcei in plus quam viginti locis monſtrantur; dubitamus quoque ſponſum & ſponſam in iſtis nuptiis fuiſſe Evangeliſtam Johannem & Mariam Magdalenam, de qua controverſia Paullini in ſeiner zeitkürtzenden erbaulichen Luſt Part. II. Cap. LXXVIII. p. 420. legi merentur. Medici hujus loci celeberrimi tunc temporis Anno 1725. erant Liber Baro de Forſtern, Archiater electoralis; Dom. Croi, vir perhumanus & doctus; Dom. Heiniſch Med. Doct. & conſiliarius metallicus; Dom. Otto Philip. Virdung ab Hartung, &c. In tractu Bambergenſi radix dulcis & grata, Botanicis Liquiritia dicta, admodum copioſe colitur, ſingulis tribus annis effoditur, ſiccatur & integris plauſtris hinc inde per Europam diſtrahitur; hæc Liquiritia in agris diſſeminata, hic faſciculus, illic poſt duos paſſus iterum manipulus creſcit. Olera in his agris meliora, ſapidiora & dulciora ſunt, præ iſtis, in quibus nulla Liquiritia provenit. Hæc grata radix occaſionem proverbio dedit: Wenn Nürnberg mein wäre/ wolte ich es zu Bamberg verzehren/ vocatur quoque der ſeidene Faden der Heiligen Kunigundæ. De lapidibus curioſis addimus, lapidem Lyncis hic copioſe reperiundum; inveniuntur & Cornua Ammonis parva, ex pyrite conflata, extus in ſuperficie ſplendide aureo colore a natura depicta. Ad fabulas referimus, quæ de ſpectro, Perleſex dicto, narrantur, hoc nunquam non quatuor hebdomadas ante obitum cujusdam canonici in forma canis oculis igneis Bambergam percurrere dicitur. Sed limites epiſtolæ transgreſſi ſumus, rogamus, velis, Vir plurimum Reverende, hæc minutula licet, ſed fortaſſe oblectanea, non deſpicere, ſed potius ut perenne cultus amicitiæque χάρισμα aſpicere & nos amare, quemadmodum hactenus feciſti, non deſinere. Vale.

Wolffenb. d. 1. Maji 1729.



# FRANC. ERN. BRÜCKMANNI
MED. DOCT. &c.
EPISTOLA ITINERARIA NONA
SISTENS
# ANIMALIA RARIORA
VIRIDARII VIENNENSIS
## EVGENII FRANCISCI
SERENISSIMI PRINCIPIS SABAVDIENSIS, &c.
AD
*VIRVM PRAENOBILISSIMVM,*
*AMPLISSIMVM, CONSVLTISSIMVM*
*PRVDENTISSIMVM DOMINVM*
DOMINVM
## AVG. WILH. TOEPFFER,
COMIT. DE WOLFFSTEIN ET PYRBAVM &c.
CONSILIARIVM AVLICVM ET PRAEFECTVM
SPECTATISSIMVM,
FAVTOREM DEVOTO REVERENTIAE
CVLTV DEVENERANDVM.

---

WOLFFENBVTTELÆ,
ANNO CHRISTI MDCCXXIX.



*Vir Prænobilissime atque Doctissime,*

*Fautor Devenerande!*

TAnta apud me est nominis Tui veneratio, ea officiorum vel potius beneficiorum Tuorum in me collatorum recordatio, ut nihil ardentius quam gratam mentem. publice testandi occasionem optaverim; cum autem maximum, quod nos intercedit, locorum intervallum, illam hactenus invideret, hanc quam nunc cernis epistolam nomini Tuo inscribendam constitui, ne diutius ingrati, vel saltim parum grati, animi merito postularer, aut neglecti cultus & officii jure arguerer.

Princeps Sabaudiensis, Eugenius Franciscus, Consil. Cæsar. Roman. Aulic. bellic. Præses, Belgii ad Austriæ Archiducatum pertinentis Administrator, Dux Generalis exercitus equitum & copiarum pedestrium omnium Caroli VI. Romanorum Imperatoris &c. natus superiori Sec. Anno 1663. cujus victorias laureatas innumeras calamus meus obtusus si adumbrare vellet, idem foret,

ret, ac conatus iſtius, qui atro carbone maximum iſtud mundi lumen, ſolem nempe, pingere conabatur. Sereniſſimus hic fortiſſimusque ſeculi hujus heros viridarium Viennæ Auſtriæ in ſuburbio habet, plus quam regium, in quo plures villæ & arces amœnæ: fontes mirum in modum ſalientes, varia domicilia calefacta pro meliori plantarum incremento, hybernacula, in quibus vegetabilia exotica & tenera a frigoris hyberni inclementia, glacie, nive & ventis tuta ſervantur; inter plantas rariores, quarum in his amoenis viretis bis mille numerantur, præcipue viſui ſe offert Arbor Camphorifera, Arbor ſenſitiva, Arbores grana Coffé ferentes. &c.

Vivarium & domus, in qua ex diverſis terrarum regionibus varia animalia, beſtiæ crudeles, belluæ feroces, raræ aves etc. viva ſervantur debitoque cuilibet cibo nutriuntur, in varias diviſa eſt cellulas & concamerationes in his adſunt candidi cygni, Pavones, Junoniæ aves, verſicoloribus plumis & cauda eleganti ſuperbientes, Grues vigilantes, Plateæ, vulgo Löffler/ Löffel-Gänſe/ quia roſtra habent inſtar cochlearium, & Schlangen-Freſſer/ quoniam forſan ſerpentum carne valde delectantur, dictæ. Grues ex India allatæ, Indianiſche Kraniche; ut & corvi ex eadem regione coloris rubri & varii, admodum magnæ ſunt aves, & reliquum parum diſtant a pſittacis verſicoloribus, Indianiſche Raben; Paſſer ex India totus quod ad pennas luteus, gelber Indianiſcher Sperling/ Upupa ejusdem terræ Orientalis, coloris albidi, Indianiſcher Wiedehopff. Pavones præ reliquis rariores toti candidi, gantz weiſſe Pfauen; Gallinæ margaritiferæ, Perlen-Hüner/ ſic dictæ, quia atræ pennæ multis albis maculis rotundis hinc inde eleganter ſparſis, ac ſi uniones eſſent, ſcatent. India harum patria eſſe dicebatur. Otides ex Hungaria, Trappen/ Trapp-Gänſe/ quarum milliones in hoc regno inveniuntur, quadringentæ, quingentæ, ſexcentæ & plures ſimul in una congerie. Perdices albæ, weiſſe Rebhüner; hæc avis Hübnero in Lexico rerum naturalium &c. p. m. 1033. vocatur *Lagopus avis*, weiß Rebhun. Perdices a colore nivis in Alpibus dum coëunt pullos & foetus generant albicantes. Vid. Theatrum ſympatheticum p. 54.

Perdices rubræ. Credimus & albas & rubras peculiarem ſui generis ſpeciem conſtituere nec nivem albedinis cauſam in illis eſſe. Anſeres ex Hollandia, paulo majores Auſtriacis ſunt, mares roſtrum nigrum & pedes atros, fœminæ roſtrum rubicundum & pedes cinnabarinos habent, ambo autem in ſuperiori roſtro magnam carunculam duram vel tuberculum ſupereminens ejusdem cum roſtro coloris atri & rubicundi gerunt, greſſu admodum ſuperbo incedunt. Holländiſche Gänſe. Caſuarius, ad aves maximas refertur, ex inſulis Aſiæ Banda ſeu Lontor Viennam per mare transportatus, cujus corpus non pennis ſed potius ſetis tectum nigris. vid. plura de hac ave in Walther Schultzens Oſt-Indiſcher Reiſe-Beſchreibung. p. 233.

Ardeæ albæ, weiſſe Reiger/ de quarum elegantibus pennis Wilhelm. de Reinbaben in verſionibus poeticis pag. 147. 148. avem hanc ipſam ſic loquentem inducit:

Man ſieht die Könige ſelbſt meine Federn führen/
Sprach er: und alſo will mir auch mehr Ruhm gebühren/
Als man ſonſt insgemein den Vögeln nicht erweißt. ꝛc.

Strutiones quinque, quatuor pennis albis & unus nigris, quas paucas habent; altiores ſunt hominibus, quidam collo erecto octo pedes alti; & inter omnes hactenus notas aves robuſtiſſimi; capita haud admodum magna, ſed colla valde longa; corpora pinguia, ſolida & firma ſunt; uti & pedes longi & robuſti; alæ, ad corporis proportionem parvæ, hinc ad volatum minus aptæ ſunt; contra pedibus velociter incedere & maxima celeritate currere poſſunt. Patria harum avium eſt Africa: Cibus & alimentum ſunt cadavera, non ferramenta, quæ quidem objecta avide degluti-unt, nunquam vero in ſuccum & ſanguinem convertunt, ſed potius illæſa per guttur inferius reddunt. Caro harum avium aſſa eſt cibus & pinguedo potus populorum in Bilidulgerid, Numidia. &c. Heliogabalus Imperator ſexcentorum ſtrutionum cerebellis in unico prandio triumphavit. Opiparum ſane & ſingulare fuit prandium. Ova, quorum interdum unus ſtrutio centum

ponit,

ponit, sunt magna & ponderosa, admodum delicata & oleosa, præprimis in sic dictis teganitis, vulgo Pfan-oder Eyer-Kuchen/ ob gratum laudantur saporem. Quatuor homines unum ovum ad nauseam satiare potest, tantum enim albuminis & vitelli in se continet, quantum vix XXX. gallinarum ova, vel unum ovum strutionis excavatum in se recipere potest triginta ovorum gallinaceorum albumina & vitellos. Veteres Lybiæ populi, Garamantes vocati, testas horum ovorum per medium scissas loco pileorum in usu habuerunt. Vid. Ristens curieuses Recreations-Jahr Mense Aug. p. 24.

Porro adsunt binæ aves magnæ, quas **Nimmersatt**/ quia cibis vix satiabiles imo inexplebiles, & **Vielfraß**/ a multo, quem quotidie deglutiunt, cibo, vocant. Latini hanc avem *Urocrotalum*, forsitan a mugitu boario, appellare solent. Patria volatilium horum animalium est Hungaria Turcicumque Imperium, in priori circa stagna majora & loca palustria copiosa inveniuntur, in posteriori vero interdum congeries plusquam mille in aere volitantium in conspectum prodeunt. Clamorem penetrantem edunt ad instar mugitus boum. Oesophagum tam magnum & ingluviem tam amplam habent, ut pisces sex, septem & octo librarum deglutire & in largo isto sacculo sub collo recondere possint. Theatrum Europ. Tom. IX. Anno 1663. p. 915. sequentem hujus avis fecit mentionem: Es machte auch der fremde Vogel/ welcher in dem Stadt-Graben zu Wien gefangen ward/ bey groß und gemeinen Leuten fremde Gedancken; selbiger sahe aus wie eine Löffelganß/ hatte einen grossen Kopff/ und von seiner Vielfräßigkeit/ den Nahmen **Nimmersatt**/ massen er auf einmahl einen 6. bis 8. pfündigen Fisch verschlingen konte/ welchen Wunders halben auch die Röm. Kayß. Maj. selber am 7. April. zu sehen begehrte. Er ward darnach zu den Kayserl. Adlern getragen und insgemein für ein böses Omen gehalten. vid. quoque das gedrückte/ von dem Türcken berückte/ nun trefflich erquickte Königreich Ungarn. Fr. und Leipz. 1688. it. die Breßlauer Kunst- und Natur-Geschichte Versuch XXXIV. Anno 1725. Mens. Nov. Class. IV. Articul. 14. p. 560. it. Versuch XXI. Class. IV. Art. 5. p. 173. Der Vogel **Nimmersatt** gleichte

)( 3

gleichte demjenigen/ so beym Gesnero *On-Vogel* genandt/ und daselbst in Kupffer vorgestellt/ wiewohl sich eben nicht alles an ihm befunden/ was dorten gemeldet wird; er war wohl noch einmahl so groß vom Leib als ein Schwan/ und sein gelber Kropff oder Sack unter dem Schnabel hätte gar wohl einen 6. pfündigen Carpen in sich verbergen können. Der Schnabel war drey Viertel Ellen lang/ und beym Kopff eins Arms dicke. Der obere Theil daran ließ roht und grün schattiret/ wie man sonst dergleichen Tulipanen siehet/ forne war er gerade abgekrümmet und nicht angelförmig/ wie andere davon geschrieben. Der gantze Leib war weiß/ ausser in denen Flügeln hatte er schwartze Federn. Er hatte keine Zunge/ und auf dem Kopffe Federn hinter sich stehend. Beyde Flügel betrugen sich in der Länge auf 5. hiesige Ellen. Seine Füsse waren dicke/ kurtz und breit/ wie Gänse-Füsse gestalt. Seine Federn sind starck/ die er immerzu putzt/ wie die Gänse zu thun pflegen. Wenn er auf der Erden saß/ so præsentirete er vom Leibe mehr einen weissen Bären. Gegen einen Hund wehrete er sich/ und machte mit seinem Schnabel ein greulich Geklapper. Hier wurde er mit Fleisch gefuttert/ ohnerachtet er sonsten von Fischen leben soll. Seine Excrementa waren weiß/ wie dünner Kalck. Ante domum, in qua animalium cohors servatur, adest aqua & piscina, in qua mansuetæ aves aquatiles se recreare & submergere possunt.

Ex quadrupedum classe receosebimus Hircum ex India; Damas seu Rupicapras pavidas, quæ, quando juniores, facile cicurantur. Hæ capreæ Alpinæ aut sylvestres in Carinthia, Styria, Tyroli, montibusque Hungariæ Carpathicis, acclivia enim & invia montium loca & rupes libenter ascendunt, copiosæ reperiuntur.

Leonem florentis ætatis juvenem magnanimum quidem sed mitem, cum quo bestiarum custos ludendo tempus fallere potest.

Cervum ex India, quatuor narium foramina habentem, bina sita sunt in loco suo ordinario uti in Cervis Europæis, reliquæ autem binæ cavitates locum ferme infra oculos occupant.

Oves

Oves Turcicas, eximiæ magnitudinis, utriusque ſexus, mares teſticulos infra abdomen gerunt extraordinarios magnos.

Capreolos ex India Viennam allatos, Indianiſche Rehe.

Capreolos, quod ad pilum, albos, weiſſe Rehe.

Damam ſeu cervam Indicam manſuetam, gantz zahmer Indianiſcher Damm-Hirſch. Binas ſpecies Lyncis maculoſæ, variæ & timidæ, quarum una Feld-Luchs/ & altera Tieger-Luchs nuncupatur.

Capricornos utriusque ſexus & mares & fœminas, Stein-Böcke und Stein-Gaiſſen; Hæc animalia ſunt caprarum ſpecies, calidioris naturæ, eximiæ magnitudinis, robuſti corporis, coloris cinerei. Cornua incurvata reflexa ponderoſa, interdum octodecim librarum gravia, ex quibus pocula fiunt, gerunt. Locum natalem habent in frigidiſſimis Helvetiæ, Salisburgenſis Archiepiſcopatus, Cretæ, Cypri, Cap. Bonæ ſpei angulis & montibus altis.

Animal Zibethicum ſeu felem Zibethicam, eine Biſam-Katze. Hæc furens beſtia magnitudine ſuperat catum domeſticum, externa autem forma parum ab hoc diſtat; vaſculum inter penem & teſtes collocatum membranis urethræ alligatum habet, in quo Zibethum, medicamentum iſtud ob gratiam odoris nemini non notum, latet. vid. plura in Thom. Bartholini Cent. III. Hiſtor. anatom. rar. 1. pag. 199. it. Petri de la Valle Itinerar. Tom. I. pag. 124.

Hyſtrices, Dorn- oder Stachel-Schweine; e porcorum familia ſunt & totæ aculeis lævibus ex albo & nigro variegatis tectæ, echinis terreſtribus majores & ex America primum in terras noſtras translatæ. Carne gaudent dulci, quæ etiam exteris quibusdam nationibus in cibum cedit.

Oves ex Sardinia, harum cutis non lana molli ſed pilo obſita, coloris ut capreolorum eſſe ſolet.

Oves Tripolitanas; ſunt animalia admodum pinguia, quorum caudæ dimidiam ulnam ferme latæ; exiſtunt, qui perhibent, ejusmodi oves interdum caudas 30. usque 60. librarum ponderis habere.

Lupum

Lupum Indicum ferocem & furiosum, sed catenatum, qui a bestiarum custode ob sævitiam misere quotidie flagris percutitur.

Utrum cum vacca sua: Animalis hujus masculini cornua olim Regibus pocula dabant; barba prolixa, non aliter ac hirci improbi esse solet; pilus in fronte brevis & crispus odorem Moschi redolens, cujus causa rejicitur in pabulum, quod est Gramen paniculatum odoratum, Germ. Auer-Graß. Patriam agnoscit Prussiam. vid. plura in M. Chr. Masecovii Diss. bin. de Uro.

Vaccam Indicam; hæc caput, anteriores pedes & pectus de Cervo; abdomen vero, pedes posteriores & caudam de asino habet.

Reliquum hoc saltim adhuc addere placet, hunc hortum inter omnes, quos Vienna visendos præbet, esse optimum. Plantæ exoticæ, quarum ingens adest numerus, sub aspectum venientes botanophilos mirum in modum exhilarant. Plusquam centum operarii quotidie in his amœnis viretis opus suum faciunt. Quotannis Serenissimum Principem 100000. florenos in usum hujus viridarii invertere relatum audivimus. vid. plura de hoc vireto & ejus palatio in Basil. Kückelbeckers allerneuesten Nachricht von Röm. Kays. Hofe/ Part. II. cap. XI. p. 784. cum icon. & horti & Palatii in tribus tabulis.

Præter spem prolixe me diffudi, contraho vela & Te, Vir Prænobilissime, cum honoratissima familia Deo immortali commendo, me autem sueto Tuo favori & candori. Vale cum lectissima conjuge bene & feliciter. Wolffenb.

d. 1. Jun. 1729.



# FRANC. ERN. BRVCKMANNI
MED. DOCT. &c.

EPISTOLA ITINERARIA X.

De

# TERRESTRI COLE

AD

VIRVM

*CONSVLTISSIMVM ATQVE EXCELLENTISSIMVM*

*DOMINVM*

DOMINVM


## CHRIST. GE. SCHWALBE

PHILOS. ET MED. DOCT.

SERENISS. ET REVERENDISS. DVCISSÆ SLESVICO-HOLSATICÆ ET ABBATISSÆ QVEDLINB. ARCHIATRVM PRIMARIVM CONSVLEM ET PRACTICVM QVEDLINB. FELICISSIMVM

REG. SOC. BEROLIN. SCIENT. SOC. MERITISSIMVM &c.

FAVTOREM ET AMICVM ÆSTVMATISSIMVM.



CVM FIG.

WOLFFENBVTTELÆ MDCCXXIX.



# *VIR CONSVLTISSIME ATQVE EXCELLENTISSIME!*

# *FAVTOR ET AMICE MAXIME COLENDE!*

ME naturalis historiæ studium præ aliis omnibus capit & in admirationem rapit, affirmo Tibi hoc ex animo, fessus curis clinicis, nusquam recreandi animi libentius divertor quam ad naturæ absconditas gazas, quarum perlustrandarum me varietates valde cupiunt, valde amœnitates, non mente concipiendæ tantum, sed in oculos incurrentes, quare etiam hac vice quasdam de terrestri cole per aliquot dies in itinere nostro factas Tecum communicabo observationes. Est autem Coles terrestris fungus ille notus, qui Botanicis dicitur Fungus Phalloides J. B. noxius 38. T. III. 843. f. fœtidus penis imaginem referens C. B. Pinac. 374. Fungi perniciosi genus XXXIII. Clusii H. CCLXXXVII. Fungus penis virilis facie Lobelii Jcon. 2. 275. vid. Sterbeck Theat. fungorum 276, ad 283. Boletus Phalloides Tournefort. J. R. H. 562.

Germ. Erd-Schwamm / so die Membra genitalia præsentirt. Hunc fungum Anno 1723. die 26. Julii Weferlingæ (est oppidulum Ducatus Halberstadiensis unico Helmsteto milliari distans) in horto beat. Præfecti Hasenwinckels inveni, uti istum Fig. I. in magnitudine naturali ostendit. Ex hoc oblongo rotundo corpore crescit modo nominatus fungus Phalloides; quem hujus loci incolæ abusive Hirschbrunst/ (quod autem est fungus vel boletus cervi & plane differt a fungo Phalloide,) vocant. Superior rotundæ pars b. b. est lævis & dimidio ovi, quando e terra progerminat, quod ordinarie una vel altera nocte fieri assolet, (unde prov. nascuntur ut fungi i. e. cito) similis; inferior rotunda pars in terra c. c. occulta, est rugosa & signant literæ a. a. in Fig. I. rugas & plicas. Totus fungus cum radice, quam unicam saltim e medio corporis agit, quæque demum in aliquot fibras vel radiculas se distribuit, est albus; Ex apposita Fig. I. in magnitudine naturali videbis & crassitiem & longitudinem.

Fig. II. Est fungus, seu potius testiculus saltim hujus fungi, per medium perpendiculariter divisus; spatium a. a. est gelatina alba perspicua & pellucida, ac glacies Mariæ, repletum; b. b. est materia solida brunni viridisque coloris, quæ in antedicta lubrica gelatina mobilis existit; c. c. est corpus candidissimum porosum & fungosum intermixtis albis venulis & fibris, quæ partim etiam materiam solidam istam brunnam intrant; d. d. hæc substantia est obscuro alba, admodum porosa vel cavernosa, uti ocularis inspectio, quando fungus accurate observatur, monstrat; e. e. eadem esse videtur gelatina cum ista, quæ a. a. totum ambit fungum, sed hæc quadantenus durior est &, ac speculi vitrum, lævis. Totum denique fungum circumvestit pellicula f. f. tenuis, parum distans ab ista, quæ in ovo gallinaceo sub cortice latet, & hæc repræsentat involucrum scroti vel testiculi. Quando fungus penem referens ex hoc rotundo corpusculo, quod testiculum, & in quo gelatina semen repræsentat, progerminat, involucrum dilaceratur in vertice f. f. & in duas divititur partes, ita ut gelatina denudata in apricum veniat, ex hac apertura totus penem referens fungus unica nocte in altum prosilit; pellicula lacerata, statim

tim apex fungi exit, qui in modum flosculi cum parvo rotundo foramine in medio figuratus, non aliter ac foramen, ex quo in penis glande urina excernitur.

Fig. III. lit. a. sistit fungum in vertice divisum tunicamque Fig. III. istam albam b. b. dilaceratam. c. est gelatina, quæ a cuticula separata & denudata visitur. d. est fungi apex parum prominens, qui primo e galatina prorumpit, hoc a pellicula denudato fungus dein unica nocte in altitudinem unius digiti pronascitur. Omnia autem testiculi contenta progerminant, ita ut in terra nihil remaneat, excepta dimidia pellicula cum gelatina & radice. Hæc forsitan mucilago in nutritionem fungo cedit, quamdiu crescit & nutrimento opus habet, observavimus enim in fine, quando fungus in terram decidit & putrescit, omnem ferme mucilaginem in pellicula consumtam fuisse, a cujus defectu & nutrimenti inopia tunc fungus forsan corruit & moritur.

Quæ in Fig. II. notata sunt lit. d. & e. dant fungo in incremento caulem seu corpus penis cylindricum; c. exhibet capitulum; materia brunna viridisque lit. b. notata primis diebus capitulum fungi ambit istudque mucilaginosum reddit, non tantum in aëre coloris magis brunni, sed & odoris mellei redditur, quapropter & statim muscarum familia advolat & dulcem istam escam comedit. Hac mucilagine odorata depasta, caput penis album denudatum apparet; lingua degustavimus hoc mel viscosum & ad modum dulce deprehendimus Capitulum, melle brunni coloris a muscis devorato, erat album. porosum vel potius cavernosum, non differebat a Boleto esculento rugoso albicante Tournef. quem Morchel Germani vocitant. Hoc capitulum instar mitræ insidet cauli, est mobile, & caulis apex in medio saltim parum intus attingit mitram, quæ tenuis est, intus polita, extus vero parvis cellulis plena. Caulis intus cavus & lævis, extus vero totus poris evidentibus & magnis scatet, totusque albus, rigidus & stabilis, uti membrum virile erectionis tempore esse debet.

Fig. IV. lit. a. est mitra melle adhuc superinducta, quod Fig. IV.

muſcas ad paſtum odore dulci allicit, quando nempe fungus prius progerminavit; b. eſt caulis rigidus & firmus, totus poroſus, cavitate intus gaudens; pori caulis ſubſtantiam non tranſeunt, ſed oblongam cavitatem internam inveſtit tenuis tunica alba; c. eſt ſacculus mucilagine repletus, ex quo fungus natus; d. eſt radix cum fibris parvis vel radiculis per terram diſperſis, per quas tota planta alitur; e. ſuprema mitræ pars, mediante qua caulis glandi adhæret. f. f. ſunt rugæ ſcroti.

Fig. V. Fig. V. lit. a. eſt capitulum, viſcoſo, dulci & brunno ſucco, qui melli ſimilis erat, a muſcis depaſto, a boleto eſculento, Morchel/ non diſtans; b. eſt pars caulis.

Eodem anno die 4. Aug. ſequentia de hoc miro notavimus fungo; invenimus iſtum non procul a dicto oppidulo in ſylva Hag oder Heg-Holtz (nomen habet a cavere, Hegen/ cavetur enim a vaccis & reliquis animalibus, ne germina tenera comedant) vocata, ſub umbroſis arboribus natum; ſole meridiano calente de ſe ſpargebat effluvia longe & late dulcia, ſunt autem inter homines, qui iſtos averſantur odores, imo & qui ex his lipothimimias patiuntur. Relatum ab incolis loci habemus, ſe comedendum dare iſtum vaccis, quando taurum, vitulorum patrem, admittere nolint, wann ſie nicht Ochſen wollen/ & quidem non ſine felici effectu, nam ſtatim libidinoſiores redduntur. Hoc vegetabile creſcit in fine Julii & initio Auguſti ex terra in forma Lycoperdi, cui ſimile erat, quare & tale eſſe antea putavimus, ſed unicam ſaltim habet radicem, cum Lycoperdon plurimis adhæreat radiculis. Teſticulus diviſus jam in ſe continet, tanquam in matrice, & monſtrat totum fungum penem referentem cum omnibus ſuis partibus. Interdum bini & terni teſticuli accreti progerminant, quilibet autem peculiari ſua nititur radice, quilibet peculiarem caulem cum capitulo protrudit, & nunquam penem vegetabilem cum duobus appenſis teſticulis obſervavimus, qualem tamen exiſtere quidam affirmarunt, qualis etiam a Tulpio (vid. ej. obſervationes medicas edit. 4ta p. 149) in alneto inventus cum duobus coleis, adeo ad amuſſim cum pene virili conveniens, ut vix ovum ovo videris ſimilius, caulis ſ. ſcapus ipſius teres & exacte rotundus, extrinſecus quidem glaber ac levis &c. cum eleganti fig.


Fig.

Fig. VI. lit. a) denotat caput penis. b) penem cum cavitate, quæ urethram notat; eſt corpus ſpongioſum & poroſum. c) foramen pro emiſſione urinæ, ſed non eſt perforatum. d) teſticulum cum gelatina, quæ ſemen repræſentat. e) vaſa, quæ materiam pro nutritione & elaborantione ſeminis adducunt. f) tunicam, quæ ſcortum repræſentat. g) rugas & plicas ſcroti. Sed dicuntur hæc omnia tantum analogice. Hic fungus a ruſticis circa Wittenbergam **Gichtſchwamm** nominatur, & prodeſſe in ſcorbuto dicitur. Mirum eſt, inferiorem partem teſticulum vel ſcrotum ſatis amplum repræſentare materia viſcoſa, mucida & mucilaginoſa repletum. Hic fungus in ſylva natus, amat enim obſcura nemorum loca, quando putreſcit, ad quingentos paſſus odorem fœtidum de ſe ſpargit, non aliter interdum putavimus ac cadaver in propinquo adeſſe, ejusmodi putrida, quæ totum aërem ambientem inquinant, exhalat effluvia, & diu tamen interdum tunc adhuc quærendus, antequam inveniendus; quando areſcit, exareſcit & ſimul materia in ſcroto viſcida, iterum, loco odoris cadaveroſi, acquirit ſvaveolentiam dulcem & melleam. Glans hujus penis utplurimum nigra, rariſſime rubra, quam poſteriorem nunquam videre contigit, interdum alba, qualem interdum Weferlingæ invenimus, ſed Jenæ nunquam non atras obſervavimus mitras in hiſce fungis. Fig. VI.

Fig. VII. eſt teſticulus exſiccatus & durus. Fig. VII.

Fig. VIII. Exhibet *Priapum cervinum* ſeu *fungum priapum figurantem* in monte **Hertzberg** prope Ilfeldam in via quadam ſicca, **in einem trucknem Holtzwege**/ die 8. Aug. 1727. inventum & ad me cum ſeq. relatione transmiſſum: Certe nihil priapo ſimilius, nec corvus corvo, quam in appoſita figura fungus priapum repræſentat. Inferior pars erat extra coloris fuſci & brunni, intra vero albi, in modum tulipæ expanſa, unica ſaltim pro attractione nutrimenti gaudebat radice. E calycis ſ. tulipæ expanſæ medio caulis ſex pollicum altus progerminavit albus & quadantenus ſcabroſus, inſtar cutis anſerinæ. Glans ſ. caput viſcida quadam materia viridi obductum, quæ, cum fungus per aliquot horas extra terram in hypocauſto ſitus fuiſſet, fluida reddebatur, odorum cadaveroſum ſpargebat intolerabilem. Inventor hujus fungi in animo Fig. VIII.

mo habuit iſtum ad Venerem ſtimulandam adhibere, firmiter credens, prognatum eſſe ex ſemine cervi, quod animal hoc interdum diebus præfervidis, vel tempore æſtus venerei, zur Hirſch-brunſt Zeit/ cum cervi inter ſe pugnent, perdat, & reperiundum ſaltim quoque iſto æſtus tempore. Locum natalem hoc mirandum vegetabile etiam in Scotia habet, & dicit Robertus Sibbaldus in Scotia illuſtrata p 26. 27. hujus fungi mucum frigidiſſimum & lentum in ſcroto ſ. volva coagulatum ad podagram utilem eſſe; Eſt quoque hoc corpus fungoſum indigena Bataviæ planta, teſte Bœrhaven Indic. plantar. alter. Part. I. p. 12. Eſt e fungorum marinorum genere fungus fœtidus Bataviæ inquilinus, *Hollandicus* ideo dictus, quamvis & Indici plantarum circa Brunſvigam creſcentium eundem inſeruerit D. Joh. Chemnitius penis imaginem referens, *Phallus* Hadriano Junio vocatus, & eleganti carmine ab eodem deſcriptus, qui ob abominandum, quem ſpargit fœtorem ab Hollandis *ovi Dæmonis* titulum tulit. Confer. Miſcellan. Cur. Decur. I. An. II. Obſ. 54. p. 107. it. D. Pauli Ammann manuductio ad materiam medicam pag 61. qui autor tubera terræ, Boletum cervinum & ovum Dæmonis confundit, cum tamen ſint tres diverſæ plantæ. it. Breßlauer Kunſt- und Natur-Geſchichte XXXIII. Verſuch Claſſ. IV. Art. 17. p. 214. &c. De propagatione hujus plantæ fungoſæ per ſemen nihil poſſum dicere, nec oculo nudo nec armato tale quid obſervare licuit, nullum tamen dubium, quin proprium ad propagandum ſuum genus ſecum ducat ſemen. Et hæc ſunt, quæ ex hiſtoria naturali hujus fungi annotavimus. Hiſce vale, Vir conſultiſſime atque excellentiſſime, & diu feliciter vive. Wolfenbutt. d. 1. Jul. 1729.



# FRANC. ERN. BRVCKMANNI
MED. DOCT. &c.
EPISTOLA ITINERARIA XI.
DE
# QVIBVSDAM FIGVRATIS HVNGARIAE LAPIDIBVS
AD
*VIRVM EXCELLENTISSIMVM, CONSVLTISSIMVM, ATQVE DOCTISSIMVM DOMINVM,*
DOMINVM
## AVGVST IOH. HVGO,
MED. DOCT.
SAC. REGIAE MAI. MAGNAE BRITANNIAE ET ELECTOR. HANNOVER. CONSILIARIVM SPECTABILEM ET PERSONAE REGIAE ARCHIATRVM DIGNISSIMVM, MEDICVM ET PHYSICVM LONGE CELEBERRIMVM,
FAVTOREM OMNI HONORIS GENERE PROSEQVENDVM.



CVM FIGVR.

WOLFFENBVTTELÆ,
ANNO CHRISTI MDCCXXIX.

*Vir Excellentiſſime atque Doctiſſime,*
***Fautor omni honoris genere maxime colende!***

PRæter varia in magno Hungarorum Regno obſervata curioſa & diverſos quoque invenimus lapides figuratos & petrifactos. Vienna Auſtriæ Anno 1723. die 29. Octob. relicta, iter fecimus ad oppidulum Hungaricum & monaſterium Servorum Mariæ, vulgo Servitarum, Loretto dictum; hoc in monte non admodum alto ſitum eſt, Vienna ſeptem milliaria diſtat. In hoc loco primum in ſal Hungarorum foſſile nativum incidimus, quilibet pater familias in ſua domo aſſervabat binos lapides rotundos inſtar parvæ molæ lapideæ, qua ſemen Sinapi cum aceto vel vino in ciborum quorundam condimentum molitur, his mediantibus ſal durum lapideum in fragmenta pulveremque groſſum comminuitur; ſunt quoque qui tantum id ſal in mortario contundunt. Lapides mœnium, quibus monaſterium ſupra nominatum cingitur, hinc inde referti ſunt variis cochlearum, concharum, coralliorum aliorumque marinorum corporum petrifactorum innumeris ſpeciebus, imo totus mons, per quem ex dicto loco Eyſenſtadium mille

paſſuum via profecti ſumus, ex hoc albo lapide infinitis marinis corporibus petrifactis referto, conſtat Eyſenſtadium eſt oppidulum parvum ſed elegans cum Caſtello Principis Eſterhaſi; in hoc videnda bina admodum magna parieti ad portam appenſa oſſa, gigantum eſſe vulgo perhibentur, ſed revera ſunt oſſa foſſilia Elephantis, qualia & Ed. Brown in Caſtello Schinda Hungariæ obſervavit, vid. ejusd Itinerarium pag. 166. porro teſta cujusdam teſtudinis marinæ admodum lata & grandis, nec non par aquilarum vivum

Sempronium, Germanice Oedenburg dictum, quoniam hæc urbs ab Imperator. Carolo M & Henrico III. ferro & incendiis vaſtata & deſerta reddita fuit, Eyſenſtadio duo milliaria diſtat, ſtatim ante portam hujus loci collis adeſt, in quo plures latomiæ, & in his ſtratum, ferme altitudinis manus, repletum infinitis parvulis petrifactis cochleis, admodum elegantibus, pellucidis, intus cavis, colore albis, ſed admodum teneris & fragilibus, rariſſime ex matrice ſua lapidea ſine fractura eximendis, intermixtæ viſuntur his cochleis innumeræ parvarum concharum triangularium & muſculorum minorum ef-
g. VII. figies; cum figura Num. VII.

In regione vitifera, das Glaſer-Weingebürge vocata & ad hanc urbem pertinente, plures lapidei globuli, brunni coloris, magnitudine nucum avellanarum & juglandium inveniuntur; ſunt nihil aliud, quam pyritæ ferrei, Eiſen-Kieß.

In Armamentario bellico panis petrifactus ſeu artolithus adeſt, ein zu Stein gewordenes Brod/ qualem & in Dom. Sebaſtiani Dopneri, Advocati iſtius loci celeberrimi, muſeo monetario & rerum rariorum curioſarum vidimus. Hic panis potius lapis eſt figuram & formam panis

panis externam repræſentans, ein Stein/ der wie ein Stück Brod aussiehet/ quam verus panis petrifactus; de artolitho legendus Valentini in Muſ. Muſeor. Part. II. pag. 27.

Die 1. Novemb. cum Dom. Joh. Chriſtoph. Deckard, Rectore Gymnaſii Sopronienſis dexterrimo, viro docto ſtudiique botanici amatore magno, Croisbachium, quod eſt oppidulum ad lacum Piſonis ſitum, mille paſſuum via profecti ſumus. Optimæ hic loci ſunt lapicidinæ, lapides omnes ex iſtis exciſi coloris ſunt albi, quod ad materiam ex ſabulo albo, arena craſſa & calce quaſi extincta compacti videntur. Hæ lapicidinæ ſunt arcuatæ & fornicatæ; in tecto & ad parietes harum concamerationum pendent Pectinitæ, variæ magnitudinis, albiſſimi, ex utraque parte auriti, elegantiſſimi, ſic ſiſtit Fig. VIII. Fig. VIII. Pectiniten omnium maximum cum teſta ſua integra petrifacta non admodum convexa.

Fig. X. Pectiniten ſubtiliſſime ſtriatum parvis alis Fig. X. quoque ſtriatis, admodum planum cum teſta ſua.

Fig. XII. XIII Pectinitas minores convexos alatos Fig. XII. XIII. cum teſta craſſa petrifacta.

Præter hos & adſunt Oſtracitæ majores & minores Fig. IX. & XI. exhibiti, albi, elegantiſſimi teſta ſua adhuc inſtructi; Fig. IX. XI. cochleæ parvæ lapideæ parum duriores iſtis ſupra deſcriptis Sempronienſibus; Corallia marina petrifacta varii generis; adinvenimus maſſam lapideam ſubſtantia poroſa & colore proxime accedentem ad oſſa piſcis Sepiæ; Interdum & gloſſopetræ ſeu rectius dentes piſcium petrifacti in his lapicidinis in conſpectum veniunt, de quibus autem tunc temporis præſentes nec ullum ſpecimen accipere potuerimus. Ante paucos annos, ex relatione fide digna Dn Rectoris Deckard, in his latomiis

miis integrum ſceleton humanum repertum fuit, lapicidæ haud curioſi iſtud malleis contuderunt, omni opera adhibita fragmentum quoddam oſſis cujusdam lapidei de iſto ſceleto deſumtum accepimus. Oſſa humana, ut & animalium, rariſſime petrifacta, utplurimum calcinata tantum, in terra & rupibus inveniuntur. Felix Maurer **in ſeinen beſondern** Remarquen **der geheimen und groſſen Wunder der Welt** pag. 980. mentionem fecit cujusdam humani ſceleti, quod Aquis Sextiis in Provincia Galliæ Anno 1583. in rupe quadam repertum ſit; & Valvaſor **in Beſchreibung des Ertz-Hertzogthums Kärndten** pag. 167. dicit: **Im Jahr** 1620. **als ein Steinmetz in dem nechſt beym Cloſter** St. Paul **in Kärndten gelegenen Steinbruch/ zu dieſem Gebäude Steine gebrochen/ hat er mitten in dem Bruch einen natürlichen menſchlichen Cörper/ ſo zu Stein worden/ und Kleider/ auch den Hut/ und um den Hut eine Schnur gehabt/ gefunden. Man hätte geglaubt/ daß dieſe** Statua **aus Stein wäre gemacht geweſen/ wann der Cörper von Steinmetzen nicht ohngefehr wäre zerbrochen worden/ und man alſo alles Eingeweide und die** Inteſtina, **mit ihrer natürlichen Farb/ doch alles von Stein/ hätte ſehen können.** Sed hæc Valvaſoris relatio magnam requirit fidem. Oſſa foſſilia & coſtas humanas petrifactas in- & extra matricem & lapidem ſitas ex arenariis Eſperſtadienſibus, non procul Querfurtho & Islebia notis, in noſtra rerum petrifactarum collectione aſſervamus.

Ad Sempronium interdum & lithoxyla ſeu ligna in
Fig. I. lapidem indurata obvia ſunt, fruſtulum Fig I. expreſſum dono accepimus a ſupra jam laudato Dom. Rect. Deckard, adeo durum, ut inſtar Iaſpidis polituram admittat, coloris brunni; nominato Dn. Rectori hoc lignum in uſu eſt, inſtar cotis, ad acuenda ſcalpella libraria; fruſtulnm alterum

Fig. II.

Fig. II æri incisum colorem habet ex albo luteum, forsan de pyro petrifacto desumtum? admodum ponderosum durumque, ligni structura & facies, ductus, circuli admodum eleganter in eo adhuc conspicui. Fig. II.

Non procul a Neostadio, vulgo Wiener Neustadt/ urbe eleganti & munita, quatuor Sempronio milliaria distante, ad fines Styriæ ferme sita, terra pellucida effoditur pro coquendis ex ista vasis pulcherrimis, illi, quæ Porcellana audit, similis. vid. de hac Rauch, Prof. Med. Viennens. Oratio de salubritate Austriæ. pag 23.

In via ad thermas Badenses ad pagum Matzendorff dictum, dimidio milliari Neostadio distantem in agro quodam cochleam istam peculiarem petrifactam, quam figura III. visui offert, invenimus, præter hanc autem Fig. III. nobis per horam sedulo quærentibus nullum corpus marinum lapideam metamorphosin passum obvium factum fuit. In castello imperiali Laxemburg olim Lachsendorff vocato, in fornice portæ majoris suspensæ hæret costa gigantis cujusdam duas cum dimidia ulnas longa cum antiquo & obsoleto istius hominis permagni gladio venatorio, vulgo Hirschfänger/ quarta centenarii parte ponderosiori; sed accurate inspecta costa non hominis sed piscis Ceti os fuit incurvatum extusque convexum. vid. quoque Ed. Browns Itinera pag. 166. it. 255.

Fig V. & VI. repræsentant turbines & cochleas mi- Fig V. VI. nores albas calcinatas, quas thermæ Grofs - Waradeinenses cum aqua simul eructant, imo tota quoque vicinia circa hæc balnea in terra istis repleta est, quæ facili negotio copiose effodiuntur; non autem sunt petrifactæ, sed saltim ad albedinem calcinatæ, cavitates earum terra nigra repletæ existunt.

Fig. IV. est elegantissimus cochlites, brunni colo- Fig. IV.


ris

ris & durissimus ex Transylvania, specialiorem autem locum natalem expiscari non potuerimus. Sunt & in Hungaria & Transylvania obvii nobis facti Echinites pileatus corneus luteus ex montibus Carpathicis; lentes lapideæ in matrice ex Comitatu Liptoviensi, quæ autem oculo armato accurate consideratæ nihil aliud sunt, quam parvæ conchulæ bivalves rotundæ ex utraque testa parum convexæ & subtilissime striatæ, quæ tenues striæ ob subtilitatem oculo vix nudo conspiciuntur; Bellaria lapidea candida ex stalactite in Antris Draconum ejusdem Comitatus concreta; lapides nummales, qui, ad quæ corpora petrifacta sint referendi, nondum satis inter curiosos constat. Nec dubitamus Hungarorum industriam adhuc plura, antea non cognita, diluviorum monumenta detecturam, terræque visceribus, montibus, antris, metallifodinis, lapicidinis &c. eruturam. Sed nimium Te, Vir Excellentissime, detineo; Interea Deum oro, ut quam diutine lætus intersis populo Asclepiadeo, meque Tuo favore dignari pergas. Wolffenbütt.

d. 1. August. 1729.




# FRANC. ERN. BRÜCKMANNI
MED. DOCT. &c.
EPISTOLA ITINERARIA XII.
DE
# GIGANTUM DENTIBUS
AD
*VIRUM NOBILISSIMUM, ATQUE DOCTISSIMUM DOMINUM,*
## I. H. MEUSCHEN,
MEDICUM ET PHYSICUM INCLYTAE URBIS OSNABRUGENSIS CELEBERRIMUM, AMICUM MAXIME COLENDUM.



CUM FIGUR.

WOLFFENBUTTELÆ,
ANNO CHRISTI MDCCXXIX.



Vidimus Viennæ Auſtriæ, *Vir Nobiliſſime atque Doctiſſime*, duos dentes molares admodum magnos, quorum unus Fig. I. ponderis $5\frac{1}{8}$ Fig. I. ſemunciarum, alter vero Fig. II. $5\frac{9}{16}$ ſemun- Fig. II. ciarum erat. Figuræ appoſitæ ad oculum monſtrabunt veram horum imaginem quoad magnitudinem, longitudinem & latitudinem & reliqua. Hi dentes gigantis cujusdam eſſe perhibentur, effoſi ſunt e terra Anno 1723. Menſe Junio in ſuburbio quodam urbis Viennenſis, quod Roſſau vocitant, in loco Tury dicto; poſiti in profundo fuere inter rudera vetuſtiſſima; operarii & cæmentarii non tantum hos binos dentes, ſed & totum horrendum ſceleton invenerunt, non curioſi autem cranium magnæ circumferentiæ inſtrumentis ferreis malleoque duro contuderunt reliqua ſub terra jam calcinata & admodum fragilia oſſa iterum ſepeliverunt, nihilque de iſto permagno ſceleto, præter dictos duos dentes, in memoriam aſſervarunt. In Auſtria prope Cremſium oppidulum, cum Sueci Anno 1645. foſſam ducerent & eruerent, ingentis gigantis cadaver repererunt, dens ex eodem ablatus quinque librarum pondus habuit, teſte P. Stephano Amiodt in Germania in naturæ operibus admiranda pag. 1. & Theatro Europæo Tom. V. pag. 934. cum fig. cujusdam dentis, ponderis unc. viiiß. Medic. pond. vel

femis. Im Jahr 1645. um Martini bey Schwedischer Inhabung der Stadt Crembs in Oesterreich / als selbige Völcker auch oben dem Berg in der Leimstetten um den alten dicken Thurm / eine Retirade mit Wercken anlegten / und aber das vom Berg herabfliessende Regen-Wasser ihnen an solchem Vorhaben Schaden bringen wolte / dahero einen Graben führen müssen; hat sich begeben / daß sie im Graben ungefehr 3. oder 4. Klaffter tieff unter der Erden / in einem gelbblättigten / um und um von Verfaulung des Fleisches etwas schwärtzlich angedüngeten Grund / einen ungeheuren grossen Riesen-Cörper gefunden / daran zwar in der Arbeit / ehe man es vor einen Cörper erkennen mögen / der Kopff und mehrentheils Gebeine zerhackt und zertrümmert / weil alles von Alter und Verfaulung gantz mürb / vermodert / und leichtlich zu brechen gewesen; dennoch aber viel Glieder / so von gelehrten und erfahrnen Leuten in Augenschein genommen / und für Menschen-Bein erkennet worden / gantz heraus gebracht / verführet / hin und wieder in Antiquaria verehret / auch nach Schweden und Pohlen verschicket worden / also / daß das wenigste / ausser einem Schulterblat / in welchem das Grüblein oder Pfanne so groß / daß es eine Carthaunen-Kugel wohl fassen mag: Zwey der allerhindersten / samt einem Stock-Zahn / deren dieser bey 5. Pfund schwer / etliche Kästen und Körblein voll Getrümmer von der Hirnschalen und gebrochenen Gliedern / in Crembs geblieben / so oben am Berg in der Jesuiter Kirchen neuerbaueten Oratorio behalten und gezeiget / beneben berichtet wird / daß man in dem Graben noch 2. andere Riesen-Cörper / doch etwas kleiner angetroffen / weil aber mit graben weiters nicht / als die Nohtdurfft der Bevestigung erfordert / verfahren worden / habe man solche in der Dicke des Erdreichs stecken lassen.

lassen. Die eigentliche Grösse vorgedachten Cörpers ist unglaublich / dann der Kopff allein einer runden zimlichen Taffel groß / die Arme eines Mannes dick geachtet worden / auch aus beykommenden Abriß eines Zahns / wie auch eines andern von fünff und ein halb Pfund schwer / so dem Kaiser nach Wien verehret worden / ein Kunstverständiger die übrige Glieder des Leibes / samt der völligen Länge des Cörpers leichtlich ermessen kan: ingleichen ist auch ein Zahn in die St. Nicolai-Kirchen zu Passau / und ein anderer denen Prediger-München zu Steyer verehret worden. Gigantes & magnæ stupendæque staturæ homines in mundo fuisse nullo modo dubitamus, exempla horum & sacra & profana historia innumera suppeditat, quorum certe fides non plane rejicienda. Ipsimet Helmstadii plus una vice vidimus ossa Antonii a Franckenstein Belgæ, inusitatæ magnitudinis viri, qui ibidem in Academia Julia Anno MDXCVI. in theatro anatomico sectus fuit, cujusque ossa adhuc ibi servantur. In hujus admodum magno cranio, cujus crassities digiti minimi articulo extremo respondet, nulla adsunt suturarum vestigia, sed loco lambdoidis duo saltim conspicua foraminula æque distantia, ex quibus nervi duo pericranio annexi prominuerunt. Hic giganteus homo, quando pone carpentum sui domini in terra steterit, super id bracchia erecta posuit. Memoriam incurrit epitaphium cujusdam hominis e gigantum familia Hannoveræ in cœmeterio urbis veteris a nobis visum, cujus stupendum corpus lapidi sepulchrali quoad omnes dimensiones affabre incisum hoc nostro ævo adhuc non sine summa admiratione a quolibet consideratur. Strenuus heros, magnus Rolandus, cui statuæ in fortitudinis memoriam in variis Germaniæ urbibus erectæ sunt, nemini non notus. Sed epi-

)( 3 stolam

ſtolam hanc exemplis amplificare nolumus. Pleraque iſta oſſa magna & ponderoſa, quæ non tantum in variis locis templorum parietibus & portis appenſa, ſed & iſti magni dentes in quorundam eruditorum muſeis obvii, quæ & qui pro gigantum oſſibus & dentibus venditantur, non ſunt de ſceleto humani corporis, ſed potius, accurata oculari inſpectione adhibita, ex corpore elephantino vel cetorum marinorum genere deſumta oſſa. Ipſimet in parva noſtra rerum naturalium collectione monſtramus aliquot magnos cujusdam animalis dentes molares, trium librarum ponderis, non procul Wolffenbüttela prope pagum Tiede effoſos, qui nunquam giganti cibum comminuere, ſed elephanti potius alimenta in pultem moluerunt. Ejusmodi magna oſſa, gigantum male falſeque dicta, Viennæ Auſtriæ ad templum Divo Stephano dicatum appenſa hærent; vidimus magnam quandam coſtam Walbeccæ, non procul Helmſteto, ad templum cathedrale; vidimus ingentem vertebram Brunſvigæ ad domum quandam non procul a porta veteri St. Petri; viſui in Hungaria inferiori ſe obtulerunt Eyſenſtadii, quod quatuor Vienna Auſtriæ milliaria diſtat, bina ſic dicta gigantum oſſa magnæ molis, qualia etiam Dom. Brown in Caſtello Schinda Hungariæ obſervavit. vid. ejusd. Itinerar. pag. 166. ſed omnia & ſingula hæc oſſa nunquam gigantum corporibus uſum præſtitere, potius machinas Elephantinas & cetaceas movere. Conſiderandum enim cranium Cremſæ effoſum, hoc inſtar menſæ magnæ rotundæ fuit, quale corpus non habuiſſet iſte gigas, de quo iſtud ſtupendum cranium deſumtum? dens effoſus quinque librarum pondus habuit, quale os, qualisque maxilla, in qua triginta duo tales cunei magni ſat amplum ſpatium habuiſſent? poſito, dens hominis

ponde-

ponderet drachm. ij. corpus istius vero centum pondo; dens Cremsensis ponderavit quique libras vel 480. drachmas, sic moles gigantis, ex cujus maxilla hic dens desumtus, 24000. libras ponderasset. Corpus stupendæ magnitudinis auctæ fuisset, imo os totos boves vivos dentibus comminuere & deglutire potuisset. Sed ista ossa & dentes sunt & manent belluis, elephantis & balænis. Sepulta sunt hæc animalia sub terra vel viva vel mortua, vel tempore belli occisa, vel diluviis universali & particularibus in aquis suffocata, relictaque in locis subterraneis, quibus nunc plerumque casu rursus carne putredine absumta, effodiuntur. Utplurimum hæc ossa sub terra longa temporis mora, qua abstrusa & recondita jacuerunt, calcinata inveniuntur, fragilia sunt reddita, partim solo manus digitorumque contactu in farinam & pulverem comminuenda, rarissime in lapidem conversa. Integrum tale elephanti sceleton Quedlinburgi superiori seculo in monte Sebichenberg dicto effosum, quod a Joh. Mayer, celebri quondam Quedlinburgensium astronomo & Camerario descriptum, de quo & aliquot ossa in nostro museo asservamus. vid. Valentini Mus. Museor. pag. 483. In Hungaria & Transylvania haud raro Elephantum ossa dentesque imbribus ex terræ visceribus eluta & denudata effodiuntur, sunt ad albedinem calcinata & in officinis pharmaceuticis sub rubrica & ex pyxide eboris fossilis dispensantur. Haud procul Wolffenbuttela ante aliquot annos ad pagum Tiede dentes & ossa cujusdam elephantis e terra eruta, quorum hinc inde in museis curiosorum fragmenta & specimina prostant. Nec silentio plane prætereundum sceleton istud elephantinum in arenaria quadam Tonnæ in Thuringia Anno 1695. effossum, cujus dens molaris 12. libras ponderavit, cornua

vel

vel potius & rectius dentes proſtantes, ebur dicti, quatuor ulnas longi; (& hæc cornua inſimul certiſſimi poſſunt eſſe teſtes, ejusmodi dentes non gigantum, ſed potius elephantum eſſe oſſa) hoc ſceleton peculiari epiſtola a Wilh. Erneſt. Tentzelio ad Dn. Ant. Magliabechium, Conſil. & Bibliothecarium Magni Ducis Hetruriæ exarata deſcriptum eſt, in qua ſatis erudite optimisque argumentis monſtravit, hæc oſſa non gigantum, ſed elephantum eſſe reliquias. Leuckfeld in Antiquitatibus Gandersheimenſibus pag. 60. mentionem quoque fecit coſtæ cujusdam gigantis, ſed addit, ſe, hac probe inſpecta, vidiſſe, non gigantis ſed Ceti piſcis fuiſſe coſtam, verba ejus ſunt ſequentia: In dem Eingang der Stiffts-Kirche zu Gandersheim an der Mittags Seiten/ zur rechten Hand/ lieget eine groſſe über 8. Ellen lang ſich erſtreckende ſehr ſtarcke Ribbe/ welche von vielen gemeinen Leuten für eine Rieſen-Rippe/ ſo als eine rare Antiquität vormahls an dieſes Stifft ſey geſchencket worden/ geachtet wird/ bey genauer Unterſuchung der materie aber wird man wahrnehmen/ daß ſie ihren Urſprung von einem groſſen Wallfiſche hergenommen haben mag. Et hæc ſunt, quæ de gigantum putatitiis oſſibus & dentibus, occaſione binorum Viennæ Auſtriæ obſervatorum magnorum dentium, quos rude & credulum hominum genus ex gigantis cujusdam maxillis deſumtos eſſe firmiter credebat, ad *Te, Vir Nobiliſſime atque Doctiſſime*, perſcribere hac vice potuerimus. Vale reliquum, & publico artis medicæ & ſcientiæ naturalis bono perenna feliciter. Scrib. Wolffenb. d. 1. Septemb. 1729.

( o )

FRANCISCI ERN. BRUCKMANNI
MED. DOCT. &c.

# EPISTOLA ITINERARIA XIII.

DE

# LAPIDIBUS ODORATIS

AD

*VIRUM EXCELLENTISSIMUM, CONSULTISSIMUM*
ATQUE
*DOCTISSIMUM DOMINUM,*

DOMINUM
ANDREA. EL. BUCHNERUM,
MED. DOCT. ET PROF. ORD. CELEBERRIMUM ET PRACTICUM ERFORDIENSEM FELICISSIMUM,
AMICUM OMNI HONORIS ET AMORIS GENERE PROSEQUENDUM.



*WOLFFENBUTTELÆ,*
ANNO CHRISTI MDCCXXIX.



# VIR EXCELLENTISSIME ATQVE DOCTISSIME, FAVTOR ET AMICE HONORATISSIME!

Rariores inter lapides, quos in itineribus noſtris colligendi occaſionem habuimus, quosque adhuc in noſtra rerum naturalium & foſſilium collectione videndos aſſervamus, recenſemus & odoratos, bonum vel malum de ſe ſpargentes odorem. Non vegetabile tantum naturæ regnum bene & male olida corpora v. g. Aſam dulcem & foetidam, Chenopodium foeditum hinc Vulvaria dictum, lignum ſtercorarium, ſed & animale iſtiusmodi integra animalia, horumque quasdam partes bene fragrantes & foeditas, v. g. Caſtoreum, Moſchum, Martis, ſtercora moſchum redolentia, Zibethum, Hircum &c. imo & minerale talia foſſilia, mineras, lapides, terras producit, partim fragrantia ſua naribus blandientes, partim foedore & putore male olentes. Verba jam non faciemus de odore ſulphureo graveolenti, qui in quibusdam lapidariis latumiis & metallifodinis ex conjunctione, applicatione & frictione fortiori inſtrumentorum ferreorum ad lapides & mineras metallicas duriores, multo ſulphure impuro abundantes, oritur, quique à metallicis, & lapicidis naribus attractus non ſine moleſtia laborisque tædio obſervatur,

tur, quique, labore cessante, instrumentis quiete sepositis, evanescit in auras, nec amplius percipitur, sed saltim de iis, lapidibus qui & sine fortiori affrictione fœtorem spirant, vel ad certum tempus fragrantiam edunt, quædam in medium proferre placet. Primo loco sistimus fragmentum lapidis nigricantis, miculis interspersis splendentibus, duritie marmorea, qui quando ad unguem saltim digiti fricatur, odorem sulphureum teterrimum, urinam felium æmulantem, de se spargit naribus maxime ingratum. Patria & locus natalis istius nobis non constat, interim Brunsvigæ epitaphium ex hoc marmore fœtido confectum, in templo S. Catharinæ dicato, videndum, de quo autem, ob summam lapidis duritiem, difficulter fragmentum abrumpendum & detrahendum, cumque præterea lapis iste sepulchralis inter alios lapides, sub quibus resurrectionem fidelium expectant corpora mortua, firmiter incuneatus hisque arctissime conjunctus existat, sicque aditum malleo instrumentisque haud facile concedat. Causa hujus fœtoris unice dependet à sulphure impuro, quo marmor istud in poris suis repletum existit.

Secundo loco sit *Saxum suillum s. fœtidum*, quod nihil aliud est quam Marmor durum nigricans, odorem porcorum ingratum, alio lapidi, ferro, ligno vel saltim ungui leviter affrictum, spargens, unde & nomen invenit. Patria istius est Oelandia, Balthici maris insula, ex qua, teste Leopold in Relatione epistolica de itinere suo Suecico pag. 8. 9. affertur, Suecis *Oelsteen*, Norwegis *Swiensteen*, Swin-steen/ ideo vocatum, quod ferro attritum talem intolerabilem fœtorem, qualem sues spirare solent, exhalet, color huic fuscus vel terreus, & ob admixtam micam talcosam scintillans. *Saxum suillum* ex insula Hovitzholmensi Norwegiæ est nigrum, de hoc Olaus Wormius in Histor. rerum rariorum pag. 38. ita scribit: "Nigrum est saxum, fragile, striatum, in se pyritem argenteum & Tal- "cum habens, (in nostro vero, quod asservamus, fragmento nec pyrites nec Talcum videndum, contra vero conchæ bivalves petrifactæ læves, quasi politæ, minores, diversæ magnitudinis in tota, sparsim substantia hærent, quas forsan Wormius pro Talco habuit) unde micas quasdam "splendentes de se fundit; reperitur in Norwegia in tractu Hedemarcken- "si, insula namque in lacu ejus dictionis Mios, Hovitzholim dicta, ex- "tat, quæ integris cautibus ejus generis scatet, quas cum equitando tran- "seunt, ex attritu horum lapidum soleis equinis facto, tantus oritur foe- "tor, ut nares occludere cogantur transeuntes. Foetorem istum ex sola

mistura

miſtura pyritis, & forſan Sorios, ortum trahere putat Wormius, uno verbo à ſulphure impuro foedito, pyritem enim in iſto obſervare non potuimus, multo minus Sory, quod Vitrioli parens & minera quædam eſt. Uſum habere ajunt, quod in pulverem redactum & ſuibus quocunque morbo laborantibus exhibitum, proſit. Peſtis bovina cum Anno 1722. in Scania in pecora graſſeretur, lapis ſuillus interne, non ſine emolumento, datus, vid. Acta literaria Sueciæ Anno 1720. pag. 404. it. Valentini Muſ. Muſeor. Part. II. p. 20. qui vero integram ſuam de hoc lapide relationem verbotenus modo laudato Wormio debet.

Tertio loco memorabimus lapidem ex nigro gryſeum, petrifactis corporibus marinis, cornu Ammon: conchis, &c. interdum refertum, in agris Altdorffinis obvium, qui attritus hircinum foetorem ſpirat, non aliter ac Anſelmo Boetio ſaxa Hildesheimenſia, ſi malleo percutiantur, cornu aduſtum traduntur, olere; cauſa hujus foetoris, ut & reliquorum lapidum male olentium, unice ſulphuri impuro foetido adſcribenda. Porro adſunt plusquam 50. Belemnitarum diverſæ diverſarum terrarum ſpecies, qui fricati, contuſi, fracti, calcinati plerumque omnes cornua bovis uſta redolent.

Porro Pyritæ varii fricati ſulphur redolentes. Item *Terra foliata Sicula*, ex meris tenuibus lamellis ſtratum ſuper ſtratum poſitis conſtans, ſulphurea bituminoſa, quæ accenſa tetrum ſpirat odorem & pro ſedanda paſſione hyſterica in Sicilia maxime commendatur.

Apud Septalium Mediolani erat lapis ſtellaris, qui ſolo frictu calefactus, reddebat odorem humani ſtercoris. Et Theatrum Europæum Tom. XIII. Anno 1687. pag. 49. de lapide foetido ſequentem habet obſervationem: "Sonſten iſt in Patraſſo, Stadt in Morea, nichts ſonderli-"ches mehr zu ſehen/ auſſer daß in der dem H. Johanni, Georgio und "Nicolao gewidmeten Kirch 4. Joniſche Marmor-Säulen gezeiget werden/ "wie auch ein Stein/ welcher/ wenn man ihn gegen einen andern reibet/ "wunderlicher Weiſe einen böſen Geruch 3. oder 4. Schritt herum von ſich "giebt/ welches die Griechen fur ein groſſes Wunderwerck halten/ und "vorgeben/ daß Ægeus, als er den Apoſtel Andreas zum Todt verurtheilet/ "auf dieſen Stein geſeſſen ſey. Wormius in Muſ. pag. 50. mentionem facit lapidis cujusdam Aſſii, qui, veſtibus, affrictus ut incaleſceret, foetorem cadaveroſum ſpiraverit.

Inter lapides fragrantes gloria prima ſit *Achati*, gemmæ nobili, cui Siciliæ fluvius Achates nomen dedit, *Bohemico moſchum olenti*, hunc ex liberali Dn. Weimanni, Apothecarii Ratisbonenſis celeberrimi, donatione, cum urbem hanc Germaniæ ob comitia notiſſimam pertranſiremus, poſſidemus; ſpecialem locum in Bohemia natalem hujus lapidis dicere non poterat, coloris eſt rubelli, maximæ duritiei, quique, licet jam per decem annos à nobis in ciſtula aſſervatus, odorem tamen moſchiferum retinuit, ſponteque, nulla adhibita frictione, iſtum continuo hactenus naribus admotus edidit & adhuc edit; an vero iſte ſuavis odor nunquam non continuaturus ſit, nullo modo prædicere poſſumus. A lapidibus Mariæbergicis malleo percuſſis odor Moſchi egreditur, teſte Aldrovando in Muſeo Metallico, qui id ab Anſelmo Boëtio mutuatus eſt. Moquets vero in itinerario p. 210. refert: quendam in Abyſſinia lapidem perdidiſſe, qui Moſchi, Ambræ & Zibethi odores gratos de ſe ſparſerit, aquæ impoſitus iſtam ſuavi admodum fragrantia, virtuteque cordiali & ſalutari medica imprægnarit, quodque quilibet, quocunque demum ægrotaverit morbo, priſtinæ iſta interne adhibita aqua ſanitati reſtitutus fuerit. Hic lapis animalis dicitur fuiſſe, ex animali, porco majore deſumtus, quod optimis herbis odoriferis radicibusque aromaticis, ex quibus lapis ſulphure ſuavi, grato & aromatico imprægnatus ſine dubio, corpus ſuum ſaginare aſſoleret; omnis odor bonus, gratus & ſuavis in lapidibus à ſulphure puro, nervis olfacteriis grato; cum vice verſa omnis lapidum fœtor à ſulphure impuro naribus moleſto & ingrato.

Nunc longiorem ſermonem inſtituere poſſemus de Jolitho, quoniam vero jam Anno 1725. peculiarem de lapide violaceo Sylvæ Hercyniæ epiſtolam ad Acad. Cæſ. Nat. Cur. dedimus, ſaltim, ne Tibi moleſtiam excitemus, de iſtis hujus lapidis ſpeciebus quædam transſcribere placet, quæ in iſta epiſtola omiſſæ exiſtunt, & 1) ſe ſiſtit lapis violaceus in monte Bructero, qui omnes Hercyniæ ſupereminet montes, repertus, & in copia adhuc reperiundus, qualis etiam Clausthalii ad uſtrinam, it. juxta viam pervulgatam, quæ Clausthalio ad St. Andreæ montem ducit, abunde exiſtit; hi nullo modo differunt ab iſto in ſupra allegata epiſtola deſcripto, nam eſt ſilex variæ magnitudinis, cui lichen odoratus luteus adnatus, copioſe, ut in epiſtola dictum, reperiundus ad flumen Innerſte vocatum, non procul ab oppidulis montanis, Lautenthal eſt Wildemann, nominatis. Sequentes nobis de cauſa odoris violacei, quem Licheni adnato adſcribi-

ſcribimus, in his lapidibus, factæ ſunt objectiones, quibus nullo loco melius, quam hic debitam reſponſionem dare poſſumus: primo adducunt locum ſequentem ex prima continuatione „des Zieglerischen Schau-Platzes „pag. 113. Leſe in Herrn Christian Gryphii Beſchreibung des von ihm An. „1670. erſtiegenen Rieſen-Gebürgs in Nieder-Schleſien/ hier/ nemlich auf „dem höchſten Berg/ fanden wir/ nemlich in ſeiner Geſellſchafft/ *Violen-* „Steine/ daher genandt/ weil ſolche/ wenn ſie im Feuer erhitzet/ und mit „Waſſer oder Bier begoſſen werden/ dergleichen Geruch/ wie die Violen von „ſich geben. Sit pace tua dictum, dieſes kan unmöglich mit meines Hoch-zuEhrenden Herrn Meynung ſtehen/ die zur raiſon des Geruchs die Schwäm-gen auf dem Stein angeben. Hoc phœnomenon utique ſtare poteſt cum noſtra ſententia de Lichene odoris violacei, licet Gryphius nullam ejus fecerit mentionem, forſan etiam nec obſervaverit, interim adeſſe potuit lichen, &, hôc non obſervatô, lapidi attribuit, quam potius vegetabili iſti adſcribere debuiſſet fragrantiam, calore ignis, ſolis, aqua, pluvia magis excitandam. Aſſerunt 2do) lapidem violaceum, quem ſumme Reverend. Præpoſitus monaſterii Mariæbergenſis, D. van der Hardt Helmſtadii in muſeo aſſervat, qui non niſi ad veſtem fortiter affrictus odorem ſparſerit violaceum; non nego, & dari lapides violacei odoris abſente hoc lichene, imo D. Olaus Borrichius in gemmarum præparatione (in quibus Lichen non potuit habere locum) odorem acceptiſſimum, qui paulo vicinior Violis Martiis delicate fragrantibus, obſervavit. vid. Thom. Bartholini Acta med. & philoſ. Hafnienſ. Vol. V. p. 124. interim ferme omnes pro violaceis venditi lapides, odorem ex hoc Lichene habent 2) poſſidemus lapidem violaceum ex montibus Gigant: Sileſiæ; eſt ſilicis genus interſperſis miculis ſplendentibus, Lichene adnato, qui vero, cum ob vetuſtatem jam obſcure viridis exiſtat, nullum odorem violaceum, nec affrictus, de ſe amplius edere vult. 3) Adeſt lapis violaceus ex fonte Johannæo. Sileſiæ albus qſ. arenarius, miculis argenteis ſplendentibus ſcatens, in quo nullus lichen obſervandus, odoris expers, licet vix per tres annos à nobis aſſervatus. „In denen Gebürgen an den Waſſer-Bächen in Schleſien trifft man „gewiſſer Art Steine an/ und auf denſelben einen wachſenden rothen Mooß/ „wann man ihn mit dem Meſſer abſchabet/ und in einen warmen Gemach „auf dem Pappier trucknet/ verwandelt er ſich in ein grünes Pulver/ riechet „wie Violen und ſoll eine Artzney ſeyn wieder den Blaſen-Stein. vid. Henelii Sileſiographiam renovatam p. 282. autor loquitur de lichene violaceo. „Auf dem Zuckwantel in Schleſ. da das Gold-Bergwerck iſt/ wird in den

„Wäldern

„Wäldern auf etl. Steinen ein rother Mooß gefunden / welcher herab geschabet und ein wenig getrucknet / wohlriechend ist / und am Geruch mit dem „rechten Biesem sich vergleicht. ibid. Cap. VII. p. 649. iterum ſermo de Lichene. *Veilcken-*Stein / cum muſco flavo fortiter adhærenti, odorem Violæ Martiæ ſpirans, diverſorum colorum ex montibus Giganteis Sileſiæ. vid. Kundmann promtuar. rerum natural. p. 205. it. Caſp. Schwenckfeld in Beſchreibung des Hirſchberger-Bades. p. 181.

4) Præterea monſtrandus *Jolithus ex Miſnia*, rubri coloris, ſed violaceus odor in iſto non amplius, & Lichenis quoque parum obſervatur, vix duos annos à loco natali remotus; violaceus lapis ſubalbus Aldebergenſis Miſniæ ſine muſco, quem deſc. Joh. Kentmann in nomenclatura rer. foſſil. Tab. VI. fol. 36. Georg. Agricola de natura foſſil. L. I. C. V. p. 346. Ul. Aldrovandus in Muſ. metall. L. IV. p. 709. Petr. Albinus in der Meiſſniſchen Berg-Chron. Tit. 19. p. 154. Kundmann l. c. p. 205. Anſelmo Boëtio Saxa Lauenſteinia violam traduntur olere; & lapidem violas redolentem in Suecia annotavit Joh. Frid. Leopold in Relatione epiſtol. de itinere ſuo Suecico Anno 1707. facto. p. 36. ſunt, qui annotarunt, lapides, in quos ros & pluvia de Abiete deciderunt, violaceum accepiſſe odorem. Reliquum vale & vive diu publico bono, meque ama. Wolffenbüttelæ d. 1. Octob. 1729.



# FRANCISCI ERNESTI BRÜCKMANNI,
MED. DOCT. &c.

# EPISTOLA ITINERARIA XIV.
DE

# REMEDIIS QVIBVSDAM ODONTALGICIS,

AD

*VIRVM EXCELLENTISSIMVM* ATQVE *DOCTISSIMVM DOMINVM,*

DOMINVM

CHRISTOPH. JAC. TREW,

MED. DOCT. REIPVBL. NORINBERGENS. PHYSICVM ORDINARIVM, ANATOM. PROFES. ET ACAD. CÆS. NAT. CVRIOS. COLLEG.

LONGE CELEBERRIMVM,

*FAVTOREM ET AMICVM HONORATISSIMVM.*



---

*WOLFFENBUTTELÆ,*
ANNO CHRISTI MDCCXXIX.



# VIR EXCELLENTISSIME
## ATQVE
# DOCTISSIME,
## FAVTOR ET AMICE
### HONORATISSIME!

---

INter varia in itineribus audita & admodum laudata dolores dentium vehementiſſimos ſiſtentia & ſopientia remedia, partim ut probata & ſecura, partim ut ridiculoſa, ſuperſtitioſa & merito plane ut nociva rejicienda & ſequentia enumerare placet. Si quis primo, Ὀδονταλγία vexatur, de collo ſuſpendat demortui hominis dentem, mox ſolatium ex hoc amuleto, ſi verum, ſentiet; citius autem adhuc vim ſuam exercere laudatur anodynam, ſi faba perforata, cujus foramini pediculus vivus immiſſus, foraminibusque ab utroque latere cera clauſis, cum

ſupra dicto ſimul amuleto pannô ſericeô includeretur, & de collo ſuſpenſa geſtentur. Mentionem remedii hujus, licet maxime abſurdi, injecit quoque ſuis ſic dictis centum artificiis Antonius Mizaldus. Num. III. Virgo quædam Viennenſis nobis retulit ſe ſæpius dolores ſibi dentium perſanaſſe remedio quodam piperato, nempe ſumſiſſet, burſulam pipere in mortario fractô & contuſô repletam, hanc in cochlear quoddam frumenti ſpiritu refertum poſuiſſet, igneque candelæ accendiſſet, poſtquam vero in auras abiiſſet, flamma, burſulam dendi dolenti, calidam adhuc, nunquam non ſummo cum levamine admoviſſet; eadem quoque ad tollendam dentium podagram ſumme laudabat cucurbitas cum ſcarificatione in dorſo & brachiis; hoc remedii genus in plethoricis non contemnendum. Alia honeſta matrona odontalgiam ſibi ſiſtebat, dum cruſtam panis denti dolenti admoveret, quam toties, quoties ſalivâ madida & emollita erat cruſta, aliâ durâ, quam de novo ſemper dentibus applicabat. mutabat; eſt ad minimum medicamentum innoxium, ſi non prodeſt, non nocet. Porro nobis laudatum fuit acetum, in quo cariophylli aromatici contuſi coquendi, hocque calidum in iſto oris latere, in quo dolor maximopere ſævitiam ſuam exerceret, tenendum. Semina Coccognidii, Germ. Steffens-Körner/ in pulverem contuſa, parvoque ſacculo incluſa, denti cavo & carioſo dolenti admota, momento citius omnem afferunt & abigunt dolorem dentium vel moleſtiſſimum. Odontalgiam, à catarrhis ortam, maxime ſolantur ſuffumigia ad dentes admiſſa ex ligno Saſſafras fragranti confecta ſuperque carbones vivos injecta. Obſtetrix quædam Viennenſis ſequens arcanum, uti vocabat, gravidis, de dolore dentium querulis, commendabat, raſuram nempe ligni modo dicti Saſſafras ut in vini & aquæ anatica parte decoquerent, decoctô vero hòc calido dentes in ore foverent, usque dum dolor abiret. Ex relatione cujusdam Sub-Prioris habemus ſequens: ſi dentes & gingivæ membro virili vulpis ex ſiccato fricarentur, dolores dentium pacarentur. Alumen ſecum geſtatum præſervat ab odontalgia. Dentiſcalpium ex ligno ſuggeſtus, de quo nullum mendacium verbi divini miniſter unquam loquutus ſit, dentium dolorem ſiſtit, ſi ad cruendationem usque hôc gingiva laceſſita fuerit; ſed, ut verum fateamur, quodcunque dentiſcalpium, ex quocunque ligno vel materiâ quâcunque demum paratum & confectum ſit, hoc modo dolores dentium ſedare poteſt, nam ſi gingiva & tunica dentium nervoſa & glandulоſa, quæ dentes cum gingiva

giva & alveolis combinat & unit, vulnusculis & dilaceratione a lympha acri stagnante, quæ nervos dentium mordet iisque molesta est, & à sanguine condensato liberantur, cessat dolor. Par ratio est istius trabis Islebiensis de domo B. D. Mart. Lutheri adhuc superstitis, ex cujus ligno superstitiosa gens dentiscalpia findit, scindit, in eundemque finem ad sistendos dentium dolores adhibet. Lectus quidam in Castello Wartburg asservatur & dicitur fuisse S. Elisabethæ, licet Paullini in Zeit kürtz: erbaulichen Lust Part. II. p. 1150. monstrat, istum lectum non ante CCCC, annos factum, consequenter non esse vel fuisse istum, in quo dicta Diva quondam dormierit; hujus segmenta & festucæ laudantur quoque a superstitiosis in dentium Podagra. Hoc vero certum, inquit Paullini l. c. ibi quondam habitasse hospitem publicum, Georg Rudolff vocatum, hic nebulo quibusdam Romanæ ecclesiæ addictis, qui festucas de lecto sancto S. Elisabethæ anxie cuperent, segmenta quædam & fragmenta de sella sua familiari, quam premere solebant podices, admodum care & magnô pretiô vendit, quibus statim dentes gingivasque scalpserint, non absque tamen doloris dentium summo levamine. Hactenus ille. Infusum vel decoctum herbæ & florum Millefolii vulgaris calidum interne instar Thée, & externe ad colluitionem oris gingivarumque adhibitum, summopere in dentium dolore deprædicabat Nobilis quædam Domina Ratisbonensis. Alibi quoque scedulam contra dentium dolorem accepimus, in qua sequens distichon:

*Strigiles, falcésque dentatæ,*
*Dentium dolorem persanatæ.*

Das ist:

**Striegel und Sicheln von eisernen Zähnen /**
**Sollen die Zähne von Schmertzen entwehnen.**

Porro ℞. olei Caryophyll. rectif. ℥ij. solve in hoc Camphoræ gr. XV. & adde spiritus Terebinth. ℥ij. hujus mixturæ una vel altera guttula gossypiô excepta carioso & cavo denti indita, momento citius odontalgiam curat; hoc est sequens medicamentum odontalgicum non con-

 temnen-

temnendum eſt, nempe ℞. Aq. apoplect. ſpirituoſ. ℥j. Camphor. ℥j. ſolutis adde Aq. Roriſmarin. ℥j. M. hujus aquæ aliquot guttæ moribus attractæ fugant omnem dentium dolorem. Sunt, qui bulbum Allii ſativi dimidium contundunt, admiſcendo Croci cutelli cuſpidem, & inde emplaſtrum parant, quod carpo manus, in latere dentis dolentis, admovent, affirmantque XXIV. horarum ſpatio ſolatium exoptatum adeſſe; ſi forte emplaſtrum veſicas excitat, acu ſtatim iſtas aperiunt, lympham extravaſatam exprimunt, & butyro non ſalito inungunt. Laudatur ab aliis pes bufonis; it. talpæ viventis dens ſolo contactu creditur ſanare dentium dolores; it. dens cadaveris longa tabe confecti & exſtincti, ſolo attactu pacat dolorem dentium, & deciduos reddit. Paſtinacæ marinæ, piſcis Gifft-Roche vocati, radius dentium dolori medetur. Maſticatio Tabaci Braſilienſis multis dolores dentium fugavit, eſt medicamentum in hoc affectu maxime laudandum. vid. Jocoſeriorum naturæ & artis ſ. Magiæ naturalis Cent. III. §. LXII. LXIII. IV. it. Theatrum ſympatheticum p. 18. Zinziber pulveriſatum, in ſpiritu frumenti maceratum, per nares attractum, dentium dolorem a Catarrhis ortum cito, dum ſeroſitates ſuperfluas acres & moleſtas ex tunica dentium glanduloſa attrahit & per narium canales educit, ſolatur. Eſula lacteſcens, fel urſi Helleborus niger cum melle mixta dolorem non tantum dentium compeſcunt, ſed & dentes a carie & putredine præſervant. vid. Deliciar. medic. & chirurgicar. IItes Præſent. p. 134. 135. 137. Dolores dentium cavorum & a carie nigrorum nunquam conſtanter & firmiter ſanantur, recidivi ſemper fiunt, niſi plane funditus radicitusque eruantur & ex alveolis ſuis tollantur, dentes; ad curam palliativam, quæ ad tempus quoddam dolorem tantum ſiſtit, commendatur oleum Sabinæ, Caryophyllorum, Cinnamomi, Ligni Saſſafras deſtillatum, oleum ligni Guajaci empyreumaticum, goſſypio exceptum & cavitati dentis nigri inditum, hac tamen cum cautela, ne oleum calidum empyreumaticum gingivam attingat, quam alias inflammat, & tumidam reddit, teſte propriâ experientiâ; cum fœmina Jenenſis, cui hoc foeditum medicamentum commendavimus, non cavitatem dentis tantum, ſed & totam gingivarum ſuperficiem hoc oleo inunxiſſet, paullo poſt integram oris cavitatem tumorê, loquelam & deglutitionem impedientê, obſeſſam cum inflammatione oſtenderet. Alii cavitatem plumbo vel, quod melius, auro explent, ingreſſumque aëris & ciborum in cariem ita impediunt. Alii ad hunc ſcopum inſtrumento

to

to ferreo candente cavitatem exurunt & ejus parietes cauterisant, sed sunt remedia saltim palliativa & ad tempus tantum dolorem a dentibus removentia, Laudatur ab aliis opium in dentium cavitatem immissum, sed plerumque parum vel nihil juvat. Sequuntur bina nobis in itineribus pro arcanis vendita remedia odontalgica: ℞. Terr. sigill. r. ℥iiß. Camphoræ in mortario cum binis amygdalis vel gtt. XXIV, plus minus, spiritus vini vel saltim frumenti contulæ; Piper: longi, Zinziberis, caryophyll. aromat: Cubebar: aa ʒij. quodlibet ingrediens separatim per se pulverisatur & demum omnia M. F. pulvis cujus unum vel alterum granum, lentis magnitudine, naribus in latere, in quo nullus dentium dolor, attrahitur, instar pulveris sternutatorii; hic pulvis spatio quadrantis horæ non dentium tantum, sed & capitis dolorem, imo & vertiginem tollit, teste propriâ experientiâ, plus enim vice simplici in doloribus dentium catarrhalibus hunc pulverem optimo cum successu dedimus, interdum autem, cessante dolore, observavimus tumorem gingivarum & malarum criticum & salutarem, sponte iterum cessantem. Alterum, quod sequitur, arcanum odontalgicum medetur cariosis & cavis dentibus, sequentique modo paratur: ℞. Salis Tartari cum parum terræ sigillatæ mixti, conjunctim præterpropter cultri cuspidem, pone in cochlear, affunde aceti vini calefacti q. s. digito probe misce omnia, infunde hoc medicamentum in os tam calidum, quam tolerare, sine oris læsione & ambustione, poteris, & tene in ista oris regione, in qua dolor dentem cavum excruciat, & mox auferet omnem dolorem. Sunt qui Cornu Cervi in fragmenta sectum cum aqua, vino vel aceto parum ebullire sinunt, hocque decocto sæpius, non sine levamine, os eluunt. Alii *dentem cervi* in pulverem calcinant, in aceto exstinguunt & denti cavo indunt' Alii in pollice venam vulgo dictam, die Heiß-Ader in plethoricis secandam commendant. Remediorum odontalgicorum admodum magnam farraginem collegit Christ. Lehmann in Historischen Schau-Platz 2c. p. 597. 495. 90. 894. 884. 882. 901. 914. 906. In fine epistolæ adhuc, joci ridiculi ergo, sequentia dentium remedia, non experta tamen nec probata, addere placet: totum os aquâ frigidâ, quantum capere poterit, repleat æger, podicem autem nudum super tripodem candefactum ponat, aquam tamdiu in ore teneat, donec ebullire & coquere incipiat; sed est medela dentium doloris noxia, periculosa, ipsoque morbo multo gravior. Porro intra dentes arcte claudat nucem Mali Persici, certe durissimam, jubeat lignatorem

rem ſtrenuum ſibi in caput denudatum aſciâ ferreâ ictum fortem pulſare, & quidem ita valide, ut nux intra dentes frangatur, ita tolluntur dentium cruciatus certiſſime; ſed eſt auxilium, ſi ita dicendum, non nocivum tantum, ſed plane lethale. Dentem cavum & carioſum ſibi ipſi quilibet ſequenti encheireſi extrahere poterit: nempe recipiat globulum plumbeum ſclopetis (Flinte) deſtinatum, perforatum, per foramen filum duplicatum admodum longum trahat, unâ fili extremitate dentem carioſum dolentem circumvolvat & arcte liget, altera fili extremitas cum globulo firmiter connexa & pulvere pyrio lege artis in ſclopum brevem (Piſtole) mittatur & in auras jaculetur, ſic dens extrahitur & ex ore ſimul cum globulo in auras ejaculatur. Sed hoc dentifrangibulum, vel potius arcanum dentes exſtirpandi, non ulterius promulgandum, ne circumforaneis & chirurgis, arte dentes extrahendi panem lucrantibus, victus & amictus imminuatur. Sed ſat ſatis de his remediis, noli, rogamus, in malam partem rapere hunc jocum. Vale & me, quod facies, amare perge. Wolffenbüttelæ d. 1 Nov. 1729.



# FRANC. ERN. BRVCKMANNI
MED. DOCT. &c.
# EPISTOLA ITINERARIA XV.
DE
# FARINA FOSSILI
AD
*VIRVM NOBILISSIMVM ATQVE DOCTISSIMVM DOMINVM,*
DOMINVM
# JOH. HEINR. LINCK,
ACAD. CÆSAR. LEOPOLD. CAROLIN. NAT. CVRIOS. COLLEGAM, PHARMACOPOEVM LIPSIENSEM CELEBERRIMVM
ET
RERVM NATVRALIVM ÆSTIMATOREM SVMMVM AMICVM MAXIME COLENDVM.



*WOLFFENBVTTELÆ,* MDCCXXIX.



# VIR NOBILISSIME
## ATQVE
# DOCTISSIME,
# FAVTOR ET AMICE
## COLENDISSIME!

Inter alia curiosa naturalia in itineribus etiam binæ sic dictæ farinæ mineralis species nobis obviæ factæ sunt, quas hactenus in museo nostro asservavimus, prima tempore annonæ aliquando prope Halam Saxon. effossa, odoris & saporis expers, admodum alba, lævis & levis, pulverem album in digitis contacta relinquens, instar farinæ triticeæ in globulum compactæ cohærens, nullo modo a Lacte Lunæ, quod & Agaricum petræum vocant, distans. D. Kundmann in prompt. rerum nat. & artificial. p. 302. vocat *margam s. farinam mineralem albam prope Halam* 1709. *effossam.* Secunda, quam possidemus, species, est pul-

vis brunnus vel potius Marga prope Wittenbergam ex terra, ſub farinæ nomine, Anno 1720. eruta, odoris terrei, ſaporis parum adſtringendis, arenulis mixta, ex hac pauperes panes formaverunt. Ex hiſtoria patet, talem farinam plus vice ſimplici variis in locis effoſſam, ſic Stephan. Blankart in Cent. II. Collectan. Medico-phyſic. §. LXXII. p. 229. 230. deſcribit terram quandam ex qua panes formari poſſint, in dynaſtia Muſſkau Luſatiæ ſuperioris reperiundam verba ejus ſunt ſequentia: „Beſchreibung einer Erde/ aus welcher man Brod backen „kan. In der Herrſchafft Mußkau/ in der Ober-Lauſitz/ in Teutſchland „gelegen/ dem Churfürſten von Sachſen zugehörig/ iſt ein groſſer Berg/ aus „welchen man offt Salpeter gräbet/ wenn die Sonne auf dieſen warm ſcheinet/ zerſpringet die Erde/ und gibt eine Menge kleiner Kügelchen wie Meel „von ſich/ welche die armen Leute unten an dieſem Berge ſammlen/ und ſie „biß zur theuren Zeit aufheben/ da ſie denn aus ſolchen Meele Brod backen. „Es iſt wahr/ daß dieſes Brod ſchwer iſt/ und der aus der Erde gemachte „Teig nicht wol aufgehet und fermentiret/ und alſo folgends auch keine gute Nahrung geben kan/ wenn man aber ander Meel darunter thut/ ſo gehet „der Teig wohl auf/ und kan man es alſo in der Zeit der Noth ſehr wohl „gebrauchen. Monſ. de Sarliz hat mit Leuten geredet/ die ſich einige Zeit „mit dieſen Brod in ſelben Lande/ als der groſſe teutſche Krieg war/ erhalten haben; wie er nun in allen ſehr curieus iſt/ ſo hat er auf viererley Arten Brod davon gemacht/ nemlich von Erde allein; von einem Theil Erde „und einem Theil Meel; Zwey Drittheil Meel und einen Drittheil Erde; „und denn von zwey Drittheilen Erde/ und einem Drittheil Meel.„ Halam inter Saxon. & oppidulum Lebeguinum Anno 1684. magna farinæ copia tantæ bonitatis in quodam monte reperta fuit, ut pauperes bonum non tantum, ſed & gratum acceptumque ex ea panem pinſere & ſine vitæ incommodo comedere potuerint. vid. Hiſtor. Bilder-Saal/ Tom. V. p 872. In Landgraviatu Alſatiæ Anno 1623. ingens farinæ cumulus ex terræ viſceribus in campo quodam aperto & aprico detectus fuit, qua pauperes incolæ admodum utiliter, nam panes bonæ notæ ex ea formarunt, uſi fuerunt; vid. Ibid. l. c. pag. 761. Tom. IV. Vir quidam rerum cunctarum egenus, teſte M. Ernſt. ex D. Andreas Mülleri Chronic. Fryberganſ. in der Confect-Tafel Colloq. 49. p. 987. in Bohemia ex Raweſchin prope pagum Steſchenhoffle, qui Praga VI. milliaribus diſtat, lutum tenax in agris Anno 1590. quærebat, loco autem hujus inveniebat & effodiebat farinam mollem albiſſimam, odorem radicis Ireos Florentinæ

præ

præ se ferentem. Hæc farina ipsi multisque aliis admodum utilis fuit, pauperes ex ea pistos & coctos sine ulla comedebant noxa panes, divitibus autem & illusoribus, cum istam peterent farinam, in arenam mutabatur. Non usum tantum habebat ad panes coquendos; sed etiam ad pultes, aliosque cibos varios conficiendos. Cum Anno 1597. æstas immediate præterita admodum humida acris annonæ caritatem induceret, fama mense Iunio ejusdem anni de farina optima in monte quodam circa Frannkenhusum Thuringiæ reperta percrebuit, & statim pauperes esurientes ex omni circumjacente plaga catervatim advolabant, quilibet hujus laudatæ farinæ portionem sibi quærebat; sed panes ex ista coctos cum homines avide comedissent, farina in intestinis indurata permansit, cum alvo admodum adstricta multis morbum, multis quoque mortem induxit. Hæc farina, nunquam vera fuit farina, sed ein Schein Meel/ visa fuit farina, sed non erat, potius fuit Marga, Mergel, qua rustici multis in terris ad agros fertiles reddendos utuntur. vid. Plura in M. Georg. Gottlob. Pitzschmannus Tractat von einem Semmel-Gewächse in Schlesien/ p. 47. 48. 49. 60. Sequitur brevis relatio vom Berg- und Erden-Meel / quæ in M. Ioh. Philip. Abelini Theatro Europæo Anno 1623. p. 786. legenda: Meel thut sich Anno 1623. aus der Erden herfür: „Weil bißhero durch das Krieges-Wesen/ Durchzüge/ Brennen/ „Rauben und Einlägerungen fast gantz Teutschland/ sonderlich „der Ober-Rheinstrom/ Böhmen/ Mähren/ Oesterreich/ mit „einer schrecklichen Theurung geplaget worden/ also/ daß viel „Menschen/ jung und alt verlahmet/ und Hungers gestorben/ „hat GOtt der Allmächtige umb Herbst-Zeit ein sonderliches „Wunderwerck / daß nemlich seine Hand nicht verkürtzet/ sondern „er uns wol unsere Auffenthaltung schaffen könte/ wenn er nur „ernstlich darum angeruffen würde/ sehen lassen/ indem bey dem „Städtlein Oberburck-Bernheim im freyen Felde eine grosse „Menge Meel/ welches sich aus der Erden herfür gethan/ gefun„den. Die armen Leute haben solches aufgefasset und gebacken/ „hat ein lieblich wohlgeschmacktes Brod geben/ ist auch denen „Kindern Brey davon gemacht worden. M. Christ. Hermannus im Mitweidischen Denckmahl d. i. Beschreibung der Stadt „Mittweida in Meissen sequentem de farina fossili historiam notavit:

„tavit: Anno 1590. den gantzen Sommer über hat sich eine über-
„aus gewaltige Hitze und Dürre ereignet / da es in 38. Wochen
„fast nichts geregnet / dahero die Wasser so versiegen / daß grosse
„Noth um das Mahlen gefolget / und mancher etliche Meilwegs
„nach den Mühlen lauffen / auch wohl das Korn nur kochen müs-
„sen / sich zu erhalten. Hierbey hat sich dieses Wunder begeben /
„daß am 20. Julii ein armes Hirten-Mägdlein / so dazumahl
„grossen Hunger leiden müssen / in einem trockenen Wasser-Risse
„bey Deutzschenbora / 2. Meilen von Freyberg / einen weissen Gang
„einer guten Spannen dicke / so wie Meel gesehen / angetroffen /
„etwas davon heimgetragen / und Brod daraus gebacken / wor-
„auf von andern armen Leuten ein grosser Zulauff geschehen / die
„es ausgegraben und gleichfals verbacken.„ Supra dictus D. Kundmannus l. c. adducit quoque Margam subflavam friabilem Koswicensem s. Klickcensem Anhaltinam s. farinam mineralem, ex qua Anno 1713. it. Anno 16.9. 1684. 1697. panem coxerunt, ubi simul catalogus autorum, qui de farina fossili observationcs annotarunt, videndus. Præterea Joh. Georg. Leuckfeld in Antiquitat. Walckenredens. Part. II. p. 169. memoriæ reliquit sequentia de farina minerali, quæ Anno 1597. tempore arctioris annonæ in Comitatu Hohensteinensi ab inferioris sortis hominibus pista & comesta fuit, cum nempe ad monasterium *Walckenriedense* in monte calcario regionis *Itsrl* dictæ pulvis quidam calcarius (totus enim tractus Northusa usque ad dictum monasterium, teste nostra autopsia, albo calcario & Alabastro lapide scatet) copiose in apricum proveniret, plebs inscia farinam credidit, ex vicinia circumjacente per aliquot milliaria istam de hoc monte petiit, farina vegetabili ex frumento parata commiscuit, in officina pistoria coxit & comedit, ex alvo autem clausa, intestinis hac adstringente calcaria materia infarctis, major pars istius plebeculæ diem obiit supremum. Hæc sic abusive dicta farina fossilis seu mineralis, nihil aliud est quam marga, in quibusdam agris reperta, lithomarga in fissuris rupium interdum obvia, lac lunæ in quibusdam antris subterraneis quærendum, pulvis calcarius de lapide calcario pluvia solutus & vento in unum locum conflatus, & terra plerumque alba, farinæ specie & colore vulgum decipiens, interdum & alium præ se ferens colorem, levissima, farinacea, videtur farina, sed non est, interdum arenis mixta,

in

in aqua facile fundum petens, nutrimentum nullum ſuppeditans corpori humano, in panis formam externam quidem ſola cum aqua compingibilis, fermentationem tamen nullam admittens, nec fit in clibano panis, ſed eſt & manet terra, licet ſit cocta. Farinæ autem triticeæ l. ſecalinæ l. alii vegetabili immixta, ejusque glutinoſis particulis cum aqua inviſcata, fermento panifico ſubacta, parum fermentat & in majus ſe attollit ſpatium, in clibano cocta, panis formam quidem externe præ ſe fert, qui vero, quando confringitur & aqua diluitur, priſtinam mineralem oſtendit formam, & particulæ terreæ, calcariæ, margaceæ, ob ſpecificam præ farina vegetabili gravitatem, in aqua momento citius fundum petunt. Nec nutritioni convenit nec ſanitati conducit ejusmodi panis terreus, cum ſtomachum pondere ſuo doloroſe moleſtet, nec in chymum, chylum, nec in ſanguinem tranſire poſſit, cum inteſtinorum canalem & annum tenaciter conſtringat, &, præprimis ſi mineralibus noxiis materia ex qua referta & imbuta ſit particulis, mortem, uti ex antedictis abunde patet relationibus, inferat. Conferantur Ephemerid. Nat. Cur. An. VIII. Decur. 10. obſ. 209. it. D. Henckels Flora Saturnizans. p. 558. „Das will ich „noch hinzu thun / was von dem ſo genandten gegrabenen Meel / „davon bey dieſer theuren Zeit mancherley geſprochen wird / zu „halten ſey. Dieſes iſt weder ein Spiel / noch ein Wunderwerck / „noch ein Meel / noch eine Sache / welche dem Leibe und Leben „des Menſchen zu ſeiner Erhaltung und Nahrung dienlich ſeyn „kan; ſondern es iſt nichts anders / als eine terra marga oder „Mergel-Erde / wird / wenn ſie in einer flüßigen / d. i. mit Waſſer „verdünneten Form zum Vorſchein kömmt / *lac lunæ Bethlehe-* „*miticum* genandt / und dringet alſo bey groſſer Sonnen-Hitze „(hinfolgl. Mißwachs und Theurung) durch die mancherley Or- „ten geborſtenen Erdreiche und Gebürge alſo hervor / daß ſich die „guten Menſchen darunter eine beſondere Verſorgung GOttes / „als wenn der Korn-Mangel mit einem Erd-Meele erſetzet würde / „ſüßlich einbilden können. Daher läſt es ſich auch an ſich ſelbſt „nicht verbacken / man müſte denn einen gebrandten Thon vor ein „Brod anſehen / und wenn es mit gutem Meel verſetzet wird / ſo „macht es zwar in Backtroge ein gröſſer Hauffwerck und hilfft den

Magen

„Magen etwas mehr ausfüllen / kan aber als eine pur minerali-
„sche Erde weder zu einem dienlichem Chymo und Chylo schlagen/
„sondern muß auch den menschlichen Leib mit Magendrucken/Ver-
„stopfungen und andern Ubel ohnfehlbar beschweren. Hingegen
„mag dasselbe einen guten Dünger vor die Felder abgeben / und
„also indirecte Meel machen helffen. Et P. Gab. Rzaczynski Hist. Nat. Cur. Regni Polon. Tractat. I. Sect. I. p. 3. §. 5. de ortu hujus farinæ ita mentem suam aperit: Ortus farinæ talis, ex minerali aliquo latente in penetralibus montium, ex seminio proprio, exhalatione erumpente, instar pulverum quorundam chymicorum, per sublimationem separabilium: v. g. florum sulphuris, Antimonii, deducendus videtur. Vel, ut alii volunt, vapor aliquis spirituosus, rimas, cavernulasque lapidum penetrans, obvias partes eorundem saxorum calcinando convertit in pulverem. Prope fortalitium Gedanensis urbis Weixelmunde vocatum, farina hæc est depromta, a Gottvaldio dono missa Schrœckio, Physico Augustano, a Fischern in schematismo Prussiæ subterraneæ, notitiæ tradita, apposito An. 1700. Sed satis de farina minerali, quædam saltim addere placet de *farina cœlo delapsa*; In pago Hungariæ, Suboriba dicto, non procul urbe Salankemo, loco nivis An. 1714. optima, finissima & albissima farina duorum digitorum altitudine super terram cœlo delapsa, ut rustica gens putabat, reperta fuit, quæ, nemine non maximopere admirante, in varias provincias ad curiosos rerum naturalium amatores transmissa, probata, pro vera vegetabili farina gustata, laudata, a multis in panes formata, in clibano cocta & cum appetitu comesta fuit, uti videndum in den Historischen Bilder-Saal Tom. VII. p. 318. Sed, re probe inquisita, rusticus incuriosus & segnis saccum farina optimæ notæ repletum, foraminibus autem plenum, ex mola nocturno tempore domum portat vel in curru vehit, per quæ foramina omnis, procul dubio, farina in pago in terram profusa fuit. Credula gens rustica, altero mane de lecto surgens & farinam in terram effusam observans, de cœlo, loco nivis, ex speciali Dei gratia, delapsam sibi firmiter persuadet & pagis vicinis multa de hac nive farinacea narrare scit. Et sic sæpe, ubi non opus, miracula esse putamus, quæ tamen plerumque causas habent nemini non oculato obvias. Vale & fave Wolfenb. d. 1. Dec. 1729.

# FRANC. ERN. BRUCKMANNI
MED. DOCT. &c.

# EPISTOLA ITINERARIA XVI.
DE

# SANCTIS MEDICIS.
AD

VIRUM SUMME REVERENDUM EXCELLENTISSIMUM ATQUE DOCTISSIMUM DOMIN.

DOMINUM

# JOH. BERNH. HASSEL,

SERENISS. PRINCIPIS BRUNSVIC. ET LUNEBURG. ECCFESIAR. PER UNIVERSUM DUCATUM SUPERINTENDENTEM GENERALISSIMUM, CONSILIARIUM ECCLESIASTICUM, INSPECTOREM ÆRARII PAUPERUM, PROTO-ECCLESIAST. AD ÆDEM, QUÆ GUELPHERBYTI EST, PRIMARIUM ET SCHOLÆ EPHORUM,

*FAUTOREM OMNI HONORIS GENERE PROSEQUENDUM.*

*CUM FIG. ÆN.*

---

*WOLFFENBUTTELÆ*, MDCCXXX.



# VIR SVMME REVERENDE,

## EXCELLENTISSIME ATQVE DOCTISSIME,

## *FAVTOR MAXIME COLENDE!*

NUllum morbi genus apud Romanos existit, inquit Cornelius Agrippa, quod inter Divos non habeat suum medicum. Juxta fidem & plebis religionem hic Sanctus hunc, & alter alium curare & sanare potest morbum. Lugduni Gallorum olim erat medicus, Claude Pons dictus, qui maximo istos sanctos medicos odio prosequebatur, nec istorum, dicebat, se posse esse amicum, quoniam suæ professioni & praxi medicæ sese immiscerent & damnum hoc modo ipsi maximum inferrent. Confer. Spon. Itiner. In itineribus nobis obviam factos præcipuos Divos Medicos brevissime transcribere placet, inter hos primo loco se sistit *S. Liborius*, calculo & grenis laborantium patronus; Hic Cenomannorum Episcopus quartus, eam Ecclesiam gubernasse dicitur totis 49 annis; quos a 347. ad 96. recte protrahes: cum etiam S. Martinum legamus morienti adfuisse. Fuit autem in credito sibi ministerio tam sedulus, ut 96. Ordinationes ab eo celebratæ, Ecclesiæ 17. fundatæ numerentur.

Cæteras ejus virtutes, certius quam ex litterarum monumentis, æſtimabimus ex miraculis, quibus mortuus claruit; Quodque Patronum ſibi cælitus dandum optantibus Paterbornenſibus, ejus corpus a S. Alderico petere juſſus per viſum fuerit Baduradus Epiſcopus, & mira facilitate impetrarit. Ad illud cum an. 1277. liberatus a diriſſimis doloribus calculi eſſet Wernerus Moguntinus Archi-Epiſcopus, cœpit adverſus ejusmodi mala vulgo deprecator adhiberi. Et hæc devotio novum ſumpſit incrementum, cum oſſa in urbis direptione rapta a Calviniſtis, revecta in ſuum locum ſunt an. 1623. Similia beneficia variis in locis præſtant particulæ illius: qualis una Archiduci Leopoldo donata, pervenit ad Patres Soc. JEſu Antverpiæ.

„Acta Sanctorum pro menſtr. Sort. dig. a P. Daniele Pape„brochio S. J. parte 2.„ ſequitur hymnus de S. Liborio, patrono contra dolores calculi & arenæ, it. Oratio contra calculum:

„Chriſti Præſul egregius,
„Pro nobis hic *Liborius*
„Oret Deum altiſſimum,
„Ne pro culpa peccaminum
„Morbo vexemur calculi,
„Succurrant nobis angeli,
„Et poſt vitæ certamina
„Ducant ad vera (cœli) gaudia.

„℣. Ora pro nobis pie pater (Sancte) Libori.
„℟. Ut a calculi mereamur doloribus liberari.

*Oremus.*

„Deus qui *S. Liborium* Pontificem tuum, aliis innumeris „glorioſum miraculis, ſpeciali in medendis arenarum & calculi „doloribus, paſſionibus privilegio decoraſti; præſta quæſumus „ut ipſius meritis & interceſſione, his aliisque malis eruti, gaudiis „perfrui mereamur æternis per Chriſtum Dominum noſtrum.

*Oratio alia.*

„Deus, qui diuturnum *S. Liborii* pontificatum paſtoralis „curæ fructibus cumulaſti, & mortuum dediſti calculoſis patronum;

„num; da ut ejus meritis a nephriticis, aliisque malis liberi, bo-
„na consequamur æterna. Per Dominum, &c.

## Gebety wieder den Grieß/Stein- und Nieren-Weh.

*Liborius*, o Bischoff wehrt/
Ein Christi Diener hochgeehrt/
Bitt GOtt für uns/ auf daß uns nit
Durch unser Sünd ohn Unterschid
Der Stein-und Grieß Schmertz überfall/
Kommt helfft uns auch ihr Engel all/
Führt uns nach diesem Lebens Streit
In die ewige Seligkeit.
℣. Bitt für uns H. *Libori*,
Vor GOtt alldort in deiner Glory/
℟. Daß wir von schmertzlichen Beschwerden
Des Grieß und Stein erledigt werden.

Last uns beten.

„O GOtt! der du den H. Bischoff Liborium neben andern „unzählbaren grossen Wunderwercken mit der sonderbahren Frey-„heit und Gnaden/ denen an dem schmertzhafften Grieß- und „Stein leydenden Menschen zu helffen gezieret hast: wir bitten/daß „wir durch dessen Verdienst und Fürbitt von solchen Schmertzen „und andern Ubeln also erlediget werden/ damit wir die ewige „Freuden erlangen mögen/ durch Christum unsern HErrn/ amen.

Iconem istius Sancti cum calculis vide in appsita Tab. TAB.

Romanæ ecclesiæ addicti in Italia, a cane rabido morsi, iter faciunt in agrum Ferrariensem, in quo ossa *S. Bellini* episcopi, qui rabiem canum non potuit evadere, sepulta jacent, & ibi cito curantur, uti modus curationis in Marcelli Cumani Observation. med. num. XV. p 45. cum notis Georg. Hieron. Velschii in sequentibus legendus: „Nos Christiani habemus pro vera experi-„entia, si quis fuit morsus a cane rabido, vel ab aliis animalibus „brutis, in nomine Dei vadat cum devotione in agro Ferrarien-„se, sub imperio Rhodigino, in quadam villa, ubi est sepultum „corpus *S. Bellini* episcopi, qui fuit intereptus a quodam nobili

„de Capitibus vaccæ Patavino. Quid præsbyter cum clave quadam ignita cauterizat coronam capitis canum & curantur illi, & „similiter homines morsi liberantur cum benedictione illius. Nota: Hæc olim, inquit Velschius, Marcelli tempore. Quid hodie fiat, non libuit inquirere. Quæ enim naturæ limites transcendunt, non pertinent ad artem medendi. Hanc ipsam tamen religionis vim Petr. And. Matthiolus Tridentinus Comm. „in VI. Dios. c. XXXVII. causam ajebat, cur sua etiam ætate perpauci fuerint a rabioso cane demorsi, qui medicos consuluerint; „Cæterum historiam sancti illius paulo aliter narrat Ludovicus „Cœlius Rhodiginus L. XVII. Antiq. lect. c. 28. Non enim a quoqm̄ „hominum interfectum, sed Patavio pulsum, grassantibus „nobilium plerisque, & insectantibus adversariis in palustre agri „Rhodigini solum divertisse, ubi cum manus hominum evasisse „videretur, canum tamen rabiem non evaserit, sed ab iisdem „convulsus sit & discerptus. Meminit ejusdem Sancti ut & claviculæ apud virgines sanctas S. Petri Patavii, Andr. Scotus Itinerar. cui addantur, quæ de delubris S. Domini & Bellini, it. „ara Petri Chrysologi in templo S. Cassiani Imolæ habet J. B. „Codronchius L. II. de hydrophob. c. X. ubi humana remedia „juxta non negligenda ex Th. Aquinatis doctrina oppurtune monet: de pane exorcismo sacrato Tarvisinorum Abbatiæ Folinæ „Eustach. Rudius. L. I. Pr. c. IV. S. Donini h. e. Dionysii A. Cæsalpinus L. III. art. med. de venen. c. XXXV. Sed & Joh. Bonifacio Rhodigino de translatione corporis S. Bellini cum Bapt. „Guarino Equite insignem controversiam intercessisse, quæ scriptis hinc inde libellis diu acriterque agitata Episcopi & Guarini morte cessarit memorat Joh. Phil. Thomasinus Part. II. Elog. „p. 321. *S. Bellinus* a canibus discerptus fuit, ergo ejus cadaver „curat morsum canis rabidi?

*S. Hubertus* a diabolo obsessos, lunaticos, a cane rabido demorsos sanitati pristinæ clave sua aurea, quam a S. Petro, cum prima vice missam celebraret, dono accepit, restituit. Hæc clavis parum calefacta, ægrotis pone aures pressa, de dictis decumbentes liberat morbis.

Mor-

Morsum quoque canis rabidi apud Romanos curant *S. Vitus* & *S. Rupertus* de quibus plura legenda sunt in D. Joh Christ. Fritschii **seltsamen / jedoch wahrhafftigen** Theol. Jurist. Medic. **und** Physicali**schen Geschichten.** Part. II. p. 540. &c. Est in Gallia urbs quædam Rion dicta, ob dentem quendam *S. Amabli*, quem solicite summaque cum veneratione custodit, ubique fama celebris, hic dens. uti vulgo perhibetur certissime omnem canum, serpentum & quorumcunque animalium venenatorum morsum & ictum sanat.

In dentium dolore a Romanæ ecclesiæ addictis invocatur *S. Apollonia*; cui dentes elisi fuerunt, visitur nempe Viennæ austriæ in monasterio Augustinorum discalceatorum, sacellum S. Apolloniæ dicatum, quod Romanorum Imperator, Ferdinandus III. Anno 1643. promisit sequenti occasione ædificandum. Leopoldi Imperatoris filius Princeps, cum primores ex maxillis protruderet dentes, summos cruciatus ex eorum eruptione pati cogebatur, nullumque efficax tunc aderat medicamentum sedativum, quod tolores & passiones ab iis ortas sedare & dentium eruptionem promevere potuisset; his circumstantiis Gloriasiss. Imperator S. *Apolloniæ*, dentium patronæ, sacellum novum voto promisit ædificandum, si, ejus immediata precatione ad Deum, dentium cruciatus suavissimum filiolum principem desererent, quod etiam momento citius factum est; Hoc sacellum præterpropter 300. florenis Imperatori dicto constat, asservatur & monstratur in eo dens quidam ex ore istius patronæ dentium desumtus, quem vulgus hodierno die sæpissime, ad dentium dolores sistendos, osculis prosequitur & sancte veneratur.

In catarrho suffocativo, angina, doloribus & affectibus pectoris, it: quando spina piscium gutturi infixa hæret, invocant, precibusque prosequuntur *S. Blasium*, in morbis mammarum S. *Agatham*, in febribus S. *Petronellam*, quæ S. Petri filia fuisse perhibetur; in ventriculi debilitate aliisque stomachi vitiis S. *Georgium* & S. *Bernardum*; in oculorum morbis rubedine, lippitudine, cæcitate, S. *Otyliam*, virginem:

Ergo etiam principes tangit infelicitas! indignum id, credo, censebat

censebat Atticus, in Alsatia princeps, hinc filiam *Ottiliam*, quod cæca nata esset ut familiæ probrum ad cultrum damnavit: erubuit scilicet cœcæ parens dici, at mater, multos illuminaturam, a nece servavit, atque S. Erhardus. Ratisponensium Episcopus, Christi jussu cum sacro fonte tingeret, cum nativo crimine puellæ cæcitatem absterſit. Ita *Ottilia* occulta, a nondum libata vanitate oculos ad cœlestia convertit, Deo primis se consecrans annis: carne jejuniis, oratione, vigiliis emaciata, Virginitatem devovit, & Virgo, & una Mater centum & triginta paulo post Virginum effecta, quas, instructo a se parthenone, ad sequendum in cœlis Agnum, Deo & ipsas dicatas direxit. Severa sibi, caput ad somnum non nisi lapide, reliquum corpus ut fina pelle reclinavit, nec nisi pulmentis, & pane hordeaceo pasta, exemplo docens, quo quietio situ jaceret virginitas, quo edulio saginaretur innocentia. Sed & injuriæ memor *Ottilia*, ut beneficio vindicaret, patrem e purgatorii flammis precum suarum virtute ereptum ad divinam visionem promovit. Nunc ubi oculos & ipsa iterum clausit, de cœlo ophtalmica compluribus aperit, præcipua, si invocetur contra oculorum infirmitates, patrona, ut multiplicata testantur ex argento, ceraque oculorum in anathema suspensa simulacra. *Ex Baronio & Mart. Can.*

Qua de sanctis medicis adhuc restant, brevi temporis spatio sequentur. Fides vulgi & virtus Sanctorum curatrix sunt sine fundamento in sacris bibliis, superstitio ubique regnat, tantosque amplos sibi apud vulgum posuit limites, ut credat, certæ plantæ, diebus & horis certis Sanctis attributis, decerpendæ, si vires a Deo & natura inditas exsererent; Medici autem saniores & prudentes unice sanitatem ægrotorum suorum a Deo T. O M. petunt, nec superstitionibus in quas magnum habent odium, sese unquam immiscent. Reliquum de medicis ab ecclesia pro sanctis habitis vid. Chr. Bened. Carpzovius in 4to. Vale & Tuo favore me dignari perge. Wolffenbüttelæ

d. 2. Jan. 1730.





# FRANC. ERN. BRVCKMANNI
MED. DOCT. &c.

# EPISTOLA ITINERARIA XVII.
DE

# SANCTIS MEDICIS
ET

# OLEO SANCTAE WALDBVRGAE.

AD

VIRVM MAXIME REVERENDVM EXCEL-
LENTISSIMVM DOCTISSIMVMQVE DOMIN.

DOMINVM

# JOH. BERNH. HASSEL,

SERENISS. DVCIS BRVNSVIC. ET LVNEBVRG. ECCLESIAR.
PER VNIVERSVM DVCATVM SVPERINTENDENTEM GE-
NERALISSIMVM. &c. &c.

*FAVTOREM SVMME COLENDVM.*

*CVM FIG. ÆN.*

---

*WOLFFENBVTTELÆ*, MDCCXXX.



# VIR MAXIME REVERENDE, EXCELLENTISSIME ATQVE DOCTISSIME, FAVTOR SVMME COLENDE!

QVam antecedenti epiſtola promiſſimus continuationem relationis de Sanctis Romanenſium Medicis, hic accipe: Diu jam creditum eſt, S. *Claram* peculiarem habere virtutem & potentiam ſanandi oculorum morbos, opinio iſta nullo alio fundamento nititur, quam nomine dicitur enim S. *Clara*, ergo per bonam conſequentiam lumina microcoſmi clariora reddere & viſum debilem corrigere & robora-

borare poteſt. Contra Podagram, chiragram & gonogram aliasque arthritidis: (doloris articulorum cum flectendi impotentia & tumore plus minus inflammatorio) ſpecies invocatur S. *Stapinus*; Memoriam incurrit monaſterium Pragenſe in Bohemia, Loretto dictum, (quia in modum ditiſſimi monaſterii Lauretani in Marchia Anconitana Italiæ exſtructum:) in monte quodam lateris dicti minoris, der kleinen Seiten/ quod tamen latus magna urbis dictæ Pragenſis pars eſt, ſitum; in hoc non tantum dives rerum pretioſarum theſaurus aſſervatur, ſed & imago S. *Stapini*, Patroni contra Podagram, admodum ſancte colitur & veneratur, cum affixa tabula, in qua preces ad hunc Sanctum a Podagra vinctis & decumbentibus fundendæ leguntur. Podagrici, qui iſtius Divi Patroni precibus (Vorbitte) a morbi hujus tormentis liberati, imaginem ejus manibus pedibusque ex auro & argento conflatis, grati animi ergo & in memoriam liberationis ſuæ ab hoc ingrato hoſpite, condecorarant. Alibi locorum ad ſanandam Podagram per preces orarunt S. *Pancratium*, hanc ob cauſam, quia in quibusdam locis a vulgo corrupte S. *Crampatius* nominatus fuit; non defuere, qui ex ſola convenientia nominum Krampf: (eſt ſpaſmus, articulorum juncturarumque morbus, in quo membra involuntario, violento & præternaturali motu contrahuntur:) & Crampatii putavere hunc Sanctum hoc morbi genus curare poſſe; & quoniam porro & Podagra ſit articulorum affectus, ulterius adhuc progreſſi ſunt, & quoque imaginariam virtutem & Podagram, & ſpaſmum, quem vulgus Germanice Krampf vocat, curandi huic ſancto, licet invito, attribuerunt.

In doloribus capitis leniendis preces (die Vorbitte) S. *Chryſoſtomi* & S. *Anaſtaſii* magnis encomiis laudantur; Surdis & multis opem fert S. *Zacharias*; Hydropis ſpecies curat S. *Lidwina*, Phthiſin pulmonumque ſordida ulcera ſanat S. *Syncletica*; contracturis, claudis, pedibus aliisque corporis membris captis medentur S. *Petrus* & S. *Wolfgangus*; contra febrem contagio-

tagiosam malignam acutissimam, pestem nempe, invocantur *S. Sebastianus, S. Rochus,* [illegible] s. Persicum, die Rose/ das wilde Feuer/ curat S. *Antonius*, quapropter & hic morbus ardens quibusdam in locis ignis St. Antonii vocatur; Conjuges steriles, qui thori sobolem charam exoptant, liberis, exhilarantur a S. *Nicolao, S. Francisco Xaverio, S. Francisco de Paula*; in insula May, ad Scotiam sita, monachi olim, cum Romana religio ibi adhuc in vulgus credulum & superstitiosum dominaretur, perhibebant. si uxores steriles, quæ ex congressu cum suis maritis prolem concipere aut producere nequirent, in hac insula debito honore S. *Adrianum* prosequerentur & liberos ab eo devote peterent, voti & precum compotes fierent, quapropter nunquam non ista insulæ regio sexus sequioris personarum ingenti numero repleta & quasi referta erat, vid. Guy Miege Geist-und Weltl. Staat von Groß-Britannien und Irrland p. 208. qui autor addit, se nescire, sed aliis dijudicandum relinquere, an impraegnationes ibi factæ plus influentiæ S. Adriani, an monachorum adscribendæ forent? fuit olim Salfeldiæ, in monte S. Petri, conventus monachorum ad regulas S. Benedicti viventium, in hoc monasterio Episcopus *Anno* vivus cingulum, corpus circumvestiens, pro more gestabat, cui cingulo, post episcopi obitum, magna virtus, miraculosaque vis superstitiose attributa fuit, credebatur nempe, quod, si isto parturientes cingerentur, partum faciliorem redderet & fœtum in lucem cito promoveret; quotiescunque igitur fœmina gravida hujus urbis & viciniæ partus terminum ante fores esse persentibat, usum istius cinguli, ad unam alteramve horam, pro X. XV. imo XX. florenis sibi emebat, uti historiam legendam tradit Dn. Schamelius in descriptione hujus Abbatiæ p. 149 Cingulum *Episcopi Anno* non plus præstitit nec præstare potuit in partus difficultate, quam aliud lorum ex corio humano factum, nec corium humanum

num ex dorſo Turcarum, quod ſpecifice a mulierculis laudatur, in partu quam corium huma-
num Hiſpanorum, Gallorum, Germanorum, aliorumque populorum & gentium; nec corium humanum plus præſtat, quam corium brutorum vel alia faſcia ex linteo vel panno laneo confecta, quapropter admodum erudite de modo operandi corii humani in partu diſſerit Dn. Laurentius Heiſterus, pro tempore lumen Academiæ Juliæ medicum, in Diſſ. de ſuperfluis & noxiis quibusdam in chirurgia pag. 8. quando ſequenti modo mentem ſuam ſolide aperit: „Huc refero lorum ex corio humano para-„tum, quod in partu difficili levamen adferre quidam perhibent. „Idem etiam alia præſtare lora, ex animalibus confecta, experi-„entia jam docuit; eandemque vim habent faſciæ vulgares ex „linteo abdomini circumvolutæ. Hæc omnia non alio modo, „quam ſtringendo atque coarctando abdomen agere, inter omnes „recentiores, haud ſuperſtitioſos, conſtat; nam preſſo abdomine, „premitur uterus; preſſo utero, urgetur fœtus, qui moleſtia-„rum impatiens, diligentius exitum quærit, & hoc modo citi-„us a partu liberatur parturiens. Nulla vis pellens in loro hu-„mano, a pellione ex calce & aqua deprompto parato-„que, inveniri poterit, niſi concefferim, quod parturi-„entis horror & ab iſto loro abominatio, indeque ena-„ta alteratio, in ſpiritus agat, ſanguinisque motum & partum „acceleret.

Cum Anno 750. devota illa Anglica virgo, *Walpurgis* dicta, mundo valedixiſſet, & ejus corpus exanime in monaſterio Heidenheimenſi ſepultum eſſet mox rumor ortus de oleo quodam traumatico & balſamico, quod nunquam non quotannis die 1. Maji ex arca ejus ſepulchrali copioſe proflueret, & quod omnis generis morbos curaret, quapropter undique homines concur-

rebant

rebant & hoc oleum ad varios usus medicos sollicite colligebant. An vero adhuc hodie de nocte Walpurgis fluat, nobis non certo constat, imaginem istius S. Waldburgæ & preces addimus. TAB.

## Gebeth und Dancksagung zu GOtt/ für den H. Oel-Fluß/ so aus denen Brust-Gebeinern der Heil. Engeländischen Jungfrauen Walburgä zu Eychstädt durch ihren Grabstein hervor quellet.

ALlmächtiger ewiger GOtt/ welcher du die Engeländische Jungfrau Walburgam/ als deine liebste Gesponß/ also hast hoch geehret/ daß du schon viel hundert Jahr aus ihren Heil. Reliquien und Brust-Gebeinern/ so in dem Ihr zu Ehren auferbauten GOttshauß zu Eychstädt in einem ausgeholten Stein unter dem Hoch-Altar ruhen und eingeschlossen seynd/ uns einen so wundersamen und Gnadenreichen Oel-Fluß verliehen hast/ und uns denselben noch biß auf jetzige Zeit lassest geniessen/ zu sonderbahrem grossen Trost/ Nutzen/ und Hülff schon vieler tausend Krancken/ Preßhafften/ und mit allerhand andern üblen Zuständen behafften Menschen/ welche alle durch dieses Heil. Oel vermittels der Vorbitt der Heil. Jungfrauen Walburgä wieder zu ihrem Wohlstand seynd gelanget; Wir sagen dir tausendfältigen Danck um alle und jede Tröpflein/ wie auch um alle Wunder und Gnaden/ so wir hierdurch so vielfältig erfahren haben/ und noch ins künfftig erfahren werden/ mit demüthigster beygefügter Bitt/ daß du

auch

auch auf uns wollest lassen herab fliessen das Oel deiner Göttlichen Gnaden und Barmhertzigkeit / zur Reinigung unserer Seelen / das Gnaden-Oel aber der Heil. Walburgä mir und allen Dero Liebhabern in allen Nöthen und Anliegen ferners hülffreich / heilsam / und ersprießlich seyn / damit wir dich hierdurch beständig loben und preisen mögen / hier zeitlich und dort ewiglich / Amen.

Vale, fave & ama. Wolffenbutt. d. 1. Febr. 1730.



FRANC. ERNEST. BRVCKMANNI,
MED. DOCT.

# EPISTOLA ITINERARIA XVIII.

DE

# SANCTIS MEDICIS

ET

# OLEO SANCTI NICOLAI

AD

VIRVM SVMME REVERENDVM, EXCELLENTISSIMVM
ATQVE
DOCTISSIMVM DOMINVM,
DOMINVM

# JOH. BERNH. HASSEL,

SERENISSIMI PRINCIPIS BRVNSVICENS. ET LVNEBVRG. ECCLESIARVM PER VNIVERSVM DVCATVM SVPERINTENDENTEM GENERALISSIMVM, CONSILIARIVM ECCLESIASTICVM, INSPECTOREM ÆRARII PAVPERVM, PROTO-ECCLESIAST. AD ÆDEM, QVAE GVELPHERBYTI EST, PRIMARIVM ET SCHOLÆ EPHORVM, &c.

*FAVTOREM ET AMICVM COLENDISSIMVM.*

---

*WOLFFENBVTTELÆ*, MDCCXXX.



# VIR SVMME REVERENDE,
## EXCELLENTISSIME ATQVE DOCTISSIME

## *FAVTOR ET AMICE MAXIME COLENDE!*

Posteaquam jam binæ de ſanctis Romanorum medicis epiſtolæ ad *Te*, *Vir ſumme venerabilis atque doctisſime*, miſſæ, memoriam noſtram adhuc & ſequentes Divi, de quibus ſaltim pauca addere placet, incurrerunt. Arthritidem curant S. *Johannes Evangeliſta* & S. *Benedictus Abbas*, qui bini etiam contra lethifera venena invocantur.

„Benedictus puer ludum cum eremo mutavit, ſatis jam „magnus Philoſophus, qui terrena contemnere didicerat. Ibi „multo poſt malus Orci pullus merulam mentitus, ingens ſub animo libidinis incendium excitavit: ſed ille nudus in ſpinas abje„ctus ſanguine id extinxit; uti quando Poetæ roſas olim omnes „candidas volunt fuiſſe; ex his ſpinis primum credam erubuiſſe. „Secundum hæc cum ſocios legeret, multa admiratione digna „fecit, multa paſſus eſt. Illud lepidum etiam memoratu: Diſci„pulum, qui a divinis ante finem ſubducere ſe amabat, attentio„ribus oculis arbitratus, vidit a Stygii coloris Nano veſtis ora

„prehensum e templo trahi. Castigavit virgis vagum, & ecce „parvulus etiam ille e Styge Maurus tergum, ne virgis daret, „fugæ dedit. At BENEDICTVS castra sanctissima in monte „Cassinate locavit illic everso Apollinis fano, postquam verio„ra cum aliis multis, tum Totilæ inprimis oracula dedisset, fama „& discipulis orbem implevisset, sibi etiam denique vates se„pulchrum parari jussit, & inter suorum manus, ut Ducem de„cebat, stans oppetiit. Mox duo Magistrum carpere viderunt „in coelos viam, amplam illam & veste pulcherrima stratam, „multisque luminibus coruscam. Eam tunc nescio quis Coeli„tum viam BENEDICTI; D. Bernardus illius leges dixit; ut „jam mirum non sit, si eandem tot Pontifices & Reges calca„runt. Nam viam ad coelum expeditam & jucundam quære„bant, vel mundo Doctore. *Ex S. Greg. M.*

Diabolum & terrificas Spectrorum larvas fugat S. *Ignatius Lojola*, cujus sola imago portæ affixa, ad hunc finem obtinendum sufficit, laudatur quoque hoc modo & caput S. *Anastasii*, januis appensum. S. *Alexium* invocant isti, quibus fulgurationes & tonitru horrorem cum terrore incutiunt; alii precibus prosequuntur S. *Donatum* & sequentia verba, schedulæ inscripta, in marsupio nunquam non secum ferunt: *O Sancte Donate*, ora pro nobis, ne tempestas ac fulgur, insequensque tonitru nobis nocere possit. Ne magorum, magarumque, veneficarum sagarumque præstigiæ & fascinationes damnum hominibus afferre possint, invocant S *Cyprianum* & S. *Iustinam*, contra quam magiam diabolicam & sic dicti *nummi St. Benedicti*: (*Benedicten* Pfennige:) laudantur, it. & aqua lustralis, & nomina *trium Regum sanctorum* in hunc modum januis inscripta:

C. †. M. †. B. †.

Romanæ ecclesiæ addicti consuetudinem habent nomina: (de quibus sacra biblia nullam fecerunt mentionem:) dictorum trium regum portis omnibus domus cujuslibet inscribere, sic anno 1724. ubique sequenti modo picta offendimus.

1 7 C. M. B. 2 4.

Sunt

Sunt literæ initiales nominum trium Regum, *Caſparis* nempe, *Melchioris & Balthaſaris.* Hæ tres literæ januis appictæ ſpectris introitum in hypocauſta prohibere creduntur. NB. in herbis; verbis literis & lapidibus magna latet virtus. Aliis januis parva ſchedula cum figura æque parva, Ieſulum in præſepio cum matre & magis, poplite incurvo adſtantibus, repræſentante, affixa erat, his verbis impreſſis:

**Heilige drey Könige/** *Caſpar*, *Melchior*, *Balthaſar*, **bittet für uns jetzo/ und in der Stund unſers Abſterbens/ Amen.**

**Diß geweyhte Zettlein iſt gut vor Reiſende/ vor Haupt und hinfallende Kranckheit/ Fieber und gähen Tod.**

alia parva ſchedula cum literis majuſculis

C. M. B.

eandem modo dictam figuram, ſed priori elegantiorem, exhibens, ſequentem habebat inſcriptionem:

**Vorm Neugebornen König hie/ biegen drey König ihre Knie/**
**Laßt uns Ihn beten gleichfals an/ daß Theirung/ Krieg/ Peſt weich hindan.**

Superſtitione & vanitate non caret, morbum caducum pellere prolatis geſtatisve his carminibus:

*Caſpar* fert Myrrham, thus *Melchior*, *Balthaſar* aurum,
Hæc tria qui ſecum portabit nomina Regum.

An magi ex Oriente fuerint Reges? an numero tres vel plures? quod nomen habuerint? an ante vel poſt Mariæ purificationem Ieſulum viſitaverint? vid. in Paullini **Zeit kürtzender erbaulicher Luſt.** Part. II. p. 213.

Aurum, thus, myrrham Chriſto fert triga magorum,
Forſan tres cenſes ergo fuiſſe magos?

vid. Erichii Epigrammat. p. 334. 335. &c. Clericus quidam cum feſto trium ſanctorum Regum de tribus horum magorum donis, quæ hominum Salvatori humillime offerebant, ad populum verba e ſuggeſtu ſacro faceret & concionaretur, tertiique Regis munus memoriam ejus incurrere recuſaret, ita ad auditorium

loquutus fuit: cari amici! tertius Rex nullum ſalvatori attulit ſecum deditque donum, quapropter a Chriſto nigro colore, qui vulgo a pictoribus tertio Regum appingitur, notatus & punitus fuit: S. *Valentinus*, Epiſcopus Interamnenſis, tollit epilepſiam, & tria trium Regum ſanctorum nomina ſecum portata præſervant quoque a dicto morbo, his quotidie additis precibus: Sancte *Caſpare*! Sancte *Melch.* Sancte *Balthaſ.* O ſancti tres Reges orate pro me, ne morbus epilepticus me invadere poſſit! amen.

Morbos pudendorum ſanat S. Apollinaris; contra diarrhoeam, alvique fluxum immodicum invocatur S. *Otho*, Bambergenſis Epiſcopus; contra herniarum ſpecies preces fundunt ad S. *Symphorianum*; Aſtma, reſpirationisque difficultatem tollit *S. Beda* & S. *Romanus*; dorſi cruciatus curat S. *Laurentius*, qui alias coquorum patronus exiſtit, eam ob cauſam, quia in craticula aſſus, & quoniam coqui multum circa carnes aſſas ignemque verſantur, S. *Laurentium* ſibi patronum eligerunt. Lutetiis Pariſiorum coqui in popinis & tabernis celebrant Feſtum Aſſum: B. Mariæ V. quoniam aſſum in lingua latina gebraten denotat, & ſemilatinus coquus Feſtum aſſum: B. M. V. ita una vice legit & intellexit, ac ſi denotaret Feſtum carnis aſſæ beatæ Mariæ Virginis; (das Feſt des Bratens der heiligen Jungfrau Mariä:) quoniam mater Dei, ut ſequiori ſexui familiare eſt, etiam coquinata ſit & carnes aſſas paraverit.

Pleuritidem ſanat S. *Maurus*; colica & paſſione hyſterica laborantibus opem fert S. *Aelredus*; arthritide decumbentes ſolatur S. *Thecla*; dolores & cruciatus infimi ventris cito ſedat S. *Eraſmus*; S. *Saturninus*, qui quibusdam in locis ex vocum quadam convenientia nomen S. *Aturni* accepit, tollere poſſe omnes capitis morbos, in ſpecie vero vertiginem, creditus fuit; pro infantibus atrophia & macie confectis religioſe colitur S. *Mandus*, qui hunc affectum curare poſſe putatur, infantes in Fanum S. Dionyſii Galliæ, ubi carcer exiſtit, in quo hic Sanctus captivus & vinctus detentus fuit, deportantur. Contra captivitatem invocatur *Leonhardus*; S. *Felicitas* donat liberos maſculos. Confer

ser Sigismundi Mayoor Cassovia-Hungari Diss. inaugural. de mascula sobole procreanda. 4to. Altd. 1723. S. *Anna* donat divitias.

Foeminæ gravidæ, quando partus tempus appropinquat, ceram in festo purificationis Mariæ consecratam & in crucis formam effigiatam ad januas hypocausti agglutinant, sicque credunt, diabolum infantes genuinos non posse tollere & removere, nec suppositios (Wechselbälge) pro iisdem in locum reponere quod sæpius Viennæ Austriæ, ut nobis non credulis, relatu fuit, factum sit; it: accipiunt crustam panis vel similæ thaleri magnitudine, agglutinant huic crucem ex cera consecrata paratam, ponuntque sub fasciis eundem in finem in pectore infantum. Et quoniam malus, spiritus parturientibus & puerperis occulte plures, quam aliis hominibus, insidias struit & ponit, binæ tales ex cera consecrata confectæ & crustæ panis agglutinatæ cruces ad manuum pulsus fasciis lineis alligantur, instar epicarpiorum; vel cereus gracilis ex ejusmodi sacra cera confectus circa collum & manus circumvolvitur.

Ad *oleum S. Nicolai*, *S. Nicolai* Oehl/ quod attinet, est limpidum & pellucidum, instar aquæ puræ, in vitro parvo albo æque pellucido & claro, hermetice sigillato, inclusum. De sepulchro *S. Nicolai* marmoreo traditur, quod ex capite istius Divi flumen oleosum, & ex pedibus fons aqueus pellucidus promanaverint. In civitate Apuliæ Barri ex genu St. Nicolai liquor dicitur exstillare, quem incolæ vocant *Manna de S. Nicolæo*, febribus commendatus, qui licet sparsim ad alias terras mittatur, sponte tamen redire ad corpus suum occulta sympathia fertur, si vera sunt, quæ credulis nonnulli persuadent? Hanc mannam ex alio loco venire rectius putat Santorellus, vel a monachis afferri, quod hic Neapoli quoque factitatum, atque tum corpori balsamico affusam posse aliqua virtute imbui. Confer. Thom. Bartholinus in Epist. medicinal. Cent. I. Ep. LIV. p. 232 it. Männlings Curiositäten-Alphabeth. Part. III. p. 259. Vitrum parvum quoddam oleo hoc miraculoso refertum & hermetice sigillatum Viennæ Austriæ in nundinis, a S. Catharina denomina,

minatis, aliquot groſſis nobis emimus, cum ſequenti de uſu ejus ſalutari typis german. impreſſa relatione:

O Heiliger Biſchoff Sanct Nicolai.

Der du in deinem Grabe von zwey biß drey hundert Jahr gantz unverweſen liegſt/ hinfür aber aus dein heiligen Leib/ ja aus dein Leib/ ja ſo gar aus deinen Adern des Leibs/ Oehl und Waſſer flieſt.

Erſtlich iſt es gut vor Donner und Schauer-Wetter/ oder Einſchlagung des Feuers in denen Häuſern.

Zum andern: Jſts auch ein approbirtes Mittel vor die Peſt oder anſteckende Kranckheiten; wie es erfahren hat das ſchöne Königreich Cäcilia 1548. in der Stadt Pallermo ſich kein beſſeres Mittel erzeigen wollen/ als bey demjenigen die ſolches am Hals trageten.

Zum dritten/ iſt es gut vor Kopfwehe/ Augenwehe/ Schwindel/ ja ſo gar auch vor die Waſſerſucht/ und ein Linderung des Podagra.

Zum vierten: Es ſollen auch die Geiſtliche/ oder andere fromme Leut bey ſich haben/ wenn ſie zum Zuſprechen der Krancken gehen.

Wer aber dieſen Schatz will theilhafftig werden/ der muß ſich vor dem Schelten/ oder Fluchen enthalten/ ſonſt werd es ſich verliehren/ und keine Krafft von ſich geben.

---

Diß Exemplar iſt aus dem Romaniſchen genommen/ und in die teutſche Sprache überſetzt worden.

Reliquum vive diutiſſime & hiſce vale, *Vir ſumme Reverende*, & me ſemper tuum ſemper ama. Scribeb. Wolffenb. d. 1. Mart. 1730.



FRANC. ERNEST. BRVCKMANNI,
MED. DOCT.

# EPISTOLA ITINERARIA XIX.

SISTENS

# MEMORABILIA QVEDLINBVRGENSIA

AD

*VIRVM PLVRIMVM REVERENDVM, AMPLISSIMVM*

ATQVE

*DOCTISSIMVM DOMINVM,*

DOMINVM

# FRIDER. CHRISTIANVM LESSER,

VERBI DIVINI MINISTRVM NORTHVSANVM AD MONTEM MARIÆ VIRGINIS FIDELISSIMVM, MERITISSIMVM,

ET

ORPHANOTROPHII ADMINISTRATOR. GRAVISSIMVM,
*FAVTOREM ET AMICVM DEBITIS HONORIBVS AC OBSERVANTIA COLENDISSIMVM.*



*Cum Figur. æn.*

*WOLFFENBVTTELÆ*, MDCCXXX.

## *VIR PLVRIMVM REVERENDE, AMPLISSIME, ATQVE DOCTISSIME,*

### *FAVTOR ET AMICE CARISSIME!*

---

Quedlinburgum, Abbatia & urbs notiſſima, duobus Halberſtadio milliaribus diſtans, ad fluvium Bode dictum, cujus cancri præ aliis magnis gaudent lapillis, ſitum eſt. Diverſorium per aliquot dies nobis fuit ad ſignum equi nigri, quod cum vix ingreſſi, teſtudines ex Pomerania venales hoſpiti offerebantur, ſingulæ pro decem bonis groſſis, partim pro cibo, partim & inprimis commendabantur, ut in potum porcorum, Germ. Schwein-Wäſch vocant, ponerentur, in quo non tantum optimum invenirent alimentum & nutrimentum dicta bruta, ſed & porcorum familia ex ejusmodi potu admodum pingueſceret & a morbis præſervaretur, caroque iſtorum ſana maneret. Porro & podagricis curative & præſervative haud leve afferrent ſolatium ſi, in aquam ponerentur calidam, &, detruncatis poſt extra teſtam exporrectis capite pedibusque & cute depoſita, caro optimo jure condita in cibum ab iſtis ſæpius eligeretur, eſſentque præterea Principum & Magnatum in aulis deliciæ non inſalubres. Teſtudo maſcula, quæ cognoſcitur ex levi ſub inferiori teſta inciſura, alligata membro ſanat arthritidem ob ſympathiam. vid. Sylveſt. Rattray aditum novum ad occultas ſympathiæ & antipathiæ cauſas inveniendas &c. p. 20. Pedes teſtudinis podagricorum tollunt cruciatus, ſi membris nempe in hunc modum ſuperalligantur, pes dexter animalculi pedi dextro podagrici, pes ſiniſter ſiniſtro; manus teſtudinis dextra, ſeu rectius pes anterior dexter, dextræ manui podagrici, & ſiniſtra ſiniſtræ annectantur, de qua curatione, cui autem parum adhibemus fidei, legendus eſt Agrippa L. II. cap. 15. Der geheimen Weißheit. Quilibet ferme hoc noſtro ævo ſe fingit medicum, ſic & noſter hoſpes; arcani loco, dentes foſſiles ex ſpecu Schartzfelſiano Hercyniæ ſylvæ epilepſia correptis propinabat; Sunt medicamentum abſorbens, prætereaque nihil, nullaque vi ſpecifica antepileptica, præ aliis oſſibus, pollent. Hæc urbs admodum celebris ob ſapida olera, quæ horti copioſe proferunt; ob vinum, ſic vulgo dictum, aduſtum, quod incolæ deſtillant, quodque ubique locorum in adjacentibus provinciis maxime laudatur, longeque lateque ſub nomine des Quedlinburger Brantweins non ſine encomio notum eſt; ob bonæ notæ cereviſiam, quæ eſt vel Bryhana, primus qui Quedlinburgi hanc cereviſiam coquere cœpit fuit David Rudolph An. 1596. teſte Jac. Frid. Reimmanno in Idea Hiſtoriæ Aſcanienſis

nienſis p. 11. 12. vel Goſa vel brunna lupulo condita. Et cereviſiæ, & olera & frumenti ſpiritus optimus victum incolis & amictum conciliant, præterea urbs dicta magno frumenti & lanæ gaudet commercio. Ante portam quandam fons ſoterius, particulis Martis dives, præcipue ſcabioſorum lympham depurat, uſum tantum in vulgus habet. Urbis magiſtratus nominatum fontem lapidibus cæſis circumdedit, trullamque catena ferrea appenſam, pro majori bibendi avidorum commoditate, adjecit. Aqua hujus fontis non æque valide ſemper ſcaturit, nobis præſentibus vena vix digiti craſſitie proſilivit, cum alio tempore interdum, incolarum teſtimonio, craſſitiem bracchii æquaverit. Ad fontis latera ochra lutea vel terra martialis parietes inveſtit, quæ nil aliud niſi ramenta minima mineræ Martis, quæ aqua in itinere ſuo per hanc mineram abluit, ſecum in fontem rapit, ibique iterum dejicit & præcipitat. Pone urbem terra alba mollis, quæ nihil a terra Hollandica, ex qua Batavi machinas fumiductorias parant, recedit, reperta fuit, ex hac pro tempore æque machinæ tabaciſugæ bonæ notæ albiſſimæ coquuntur. In vicinia urbis olim Alumen, Vitriolum & Nitrum ex mineris ſuis parabantur, ex lignorum autem defectu ejusmodi cocturæ & labores poſt iterum ceſſarunt & adhuc ceſſant. Ante paucos annos incolæ & quæſiverunt metalla, præter carbones autem lapideos & martis mineram, quæ vero ob dictum ligni defectum non liquatur, nihil in apricum venit, quare fodina, fruſtra plus quam 50000. thaleris in eam inſumtis, inculta derelicta manet. Tribus ab urbe horæ quadrantibus ante portam Erigenam lapidis calcarii & Gypſi fodina colitur, in qua ſimul copioſe optima glacies Mariæ, Spöer-oder Marien-Glaß/ coloris albi & lutei, pellucida tamen, invenitur; circa hanc fodinam læte viret Gramen iſchæmum digitatum. Rolandi quoque ſtatua olim hæc urbs gaudebat, qua vero nunc caret, nam Abbatiſſæ Hedwigis tempore An. 1476. ſimulacrum hoc ab Electore Saxoniæ Erneſto, cum urbs ejus ſorori, pro tunc Abbatiſſæ, debitam obedientiam, imo reverentiam, dare recuſaret, dejectum & deſtructum fuit. vid. Godofr. Schumannus de Rolando Magno, 4t. Fluvius Bode, urbem tranſiens, diſcernit iſtam in veterem & novam, in die Alt- und Neu-Stadt/ hujus fluminis cancris admodum magni inſunt lapides. Ad portam domus cujusdam, ruinam minitantis, in nova urbe literis permagnis deauratis egregium hoc legitur diſtichon:

*Tranſivere patres, ſic nos tranſibimus omnes,*
*In cœlo patriam, qui bene tranſit, habet.*

Urbis ſignum mnemonicum ad templum novæ urbis repræſentat binos ex lapide in magnitudine naturali humana cæſos ovium paſtores cum canibus ſuis, qui locum in altiſſimis, ad angulos turrium, occupant; traditionem de iſtis incolæ ſequentem habent, quod nempe hi bini opiliones propriis ſumtibus, ſuperfluis ſibiipſis, hoc magnum & egregium templum,

 vel

vel ad minimum has duas prægrandes & præaltas turres in piscina quadam & loco paludoso exstrui curassent. Die 4. Sept. 1723. visitavimus Nobilissimum & Consultiss. Dom. Med. Doct. Schwalbe, Personæ & aulæ Abbatissæ Medicum, Consulem & Physic. urbis excellentissimum, Virum admodum doctum, qui nullo non tempore maximis in deliciis habuit studium anatomiæ, Chymiæ & Botanices, possidet quoque herbarium virum charta majori elegantissimum, quod ipse in itineribus per Bataviæ provincias, Angliam, Scotiam, Galliam, Germaniam, &c. factis, summo studio & labore confecit, in quo parando methodum Tournefortii sibi elegit, visuntur in hoc rarissima Indiæ Orientalis & Occidentalis vegetabilia, cujusque pretium certe attingit summam 3. à 4000. thaler. In musæo quoque asservat varia conchylia marina aliaque curiosa & admiranda naturæ. De celeberrimi quondam Amstelrodamensis anatomici Ruyschii filia sequentia nobis, memoratu digna, retulit, quod ita nempe, parente invito, contractum iniisset nuptialem cum pictore quodam. Hic pictor juvenis, in orphanotropheo educatus, interdum per plateas ambulans, ex instinctu naturali lineas & figuras ad domorum parietes, portas & januas illinivit, virgo, his visis, inclinationem & post amorem licitum in hunc puerum conjecit, tandemque cum illo nupta est. Hoc facto pater istam a se repulit & rejecit. Infelices hi homines, sed in amore pares, summo continuarunt studio artem pingendi, & uxor tantos fecit progressus, ut pro nunc omnes pictorum coryphæos, præprimis in florum & insectorum pictura, longe superet, multumque jam pecuniæ subtili suo penicillo corraserit, ex qua proprium & bellulum sibi emere potuit focum; Maritus vero sibi picturam humanarum facierum elegit, in quo pingendi genere quoque eum excellere multi affirmant. die 5to Sept. reverentiam nostram fecimus D. Doct. Bollmann, Physico urbis & Chymico celebratissimo. In curia civium carcerem ligneum, in quo olim Comes quidam Rheinsteinensis, qui multas incolis hujus urbis turbas excitaverat, tandemque ab istis captus & in hunc carcerem, qui ab hara suilla parum distat, per tempus detentus fuit, lustravimus, visui quoque offertur ejusdem quem gerere consuevit, arcus. Inter urbem & Abbatiam in monte, Müntzerberg dicto, ante urbem, exstructam, est suburbium Westendorff vocatum, quod aliquot retro seculis sylva opaca fuit, in isto suburbio curiosis monstratur domus quædam ædificata in loco isto, in quo Henricus Auceps aucupium suum exercuit. die 6. Sept. Serenissima Princeps Holsatiæ, Abbatissa hujus fundationis Reverendissima, clementer gratiam nobis fecit videndi reliquias, antiquitates & pretiosa, quæ in templo & concameratione quadam, Zittergewölb dicta, Abbatiæ asservantur, inter quæ primo loco stat magna urna lævis & polita, quæ perhibetur esse ex sex hydriis nuptiarum Canæ Galilææ; materia ex qua, videtur marmor ex omni parte pellucidum, coloris ex albo lutei, intermixtis

termixtis venis albis circulariter vas iſtud transcurrentibus in Tab. I. videndis; una anſa completa adeſt, altera deficit, aſſervaturque inter reliquias Coloniæ Agrippinæ, & hujus tantum veſtigia bina in hac hydria ſpectanda ſunt; craſſities urnæ per totum undique pollicem æquat; linea Tab. I. ſub urna poſita eſt menſura pedis, cujus lineæ decem altitudinem urcei faciunt; novem vero cum ſemiſſe diſſectionem in medio, den Durchſchnitt in der Mitte/ ſignant; Ex appoſitis lineis circularibus ora vel margo urnæ menſurari poteſt; ſpatium cavitatis in parte ſuperiori, absque ora, æquat quinque lineas; amplitudo circumferentiæ in medio ſeu ventre urnæ ferme viginti & novem pedes habet; anſa quatuor & dimidiam habet lineas ſ. pedes. Harum hydriarum plus quam viginti in diverſis Europæ locis inveniuntur, hinc prius concluſum faciendum, quænam ſint veræ? ipſimet harum duas Bambergæ vidimus, ab hac Quedlinburgenſi quod ad formam, materiam, colorem & reliqua abeuntes; Valentini mentionem Part. II. p. 6. Muſ. Muſeor. iſtius fecit, quæ in Fano St. Dionyſii Galliæ aſſervatur vid. Dom. Germain Millet le Treſor Sacre ou Inventaire des ſainctes Reliques & autres Precieux Joyaux qui ſe voyent en l' Egliſe & au Treſor de l' Abbaye Royale de S. Denis en France. 12. à Paris. 1638. & autor ſic dictorum der Europäiſchen Reiſen p. 161. affert iſtam, quæ Andegavi in epiſcopali templo S. Mauritii in Gallia monſtratur, coloris hæc eſt rubicundi, materiæ inſtar Jaſpidis, hanc Rex Siciliæ, Renatus, qui in hoc templo fidelium reſurrectionem exſpectat, Hieroſolyma apportari curavit. Paullini Part. III. Der Zeitkürtzenden erbaulichen Luſt p. 921. ex antiquitate erudite monſtravit, quod hydriæ inique anſatæ pingerentur, idem quoque dicti libri Parte I. cap. CLXXXIX. p. 657. computavit menſures, quas capere potuerint hæ urnæ, nempe quod hæ ſex hydriæ $8\frac{3}{4}$ amphoras & menſuram dimidiam vini capere potuiſſent, pretium hujus vini æſtimavit $97\frac{1}{2}$ thaler. & tantum vini hominum ſervator Chriſtus loco doni nuptialis ſponſo ſponſæque dediſſet. Canæ Galilææ, quæ his noſtris temporibus vilis ſaltim pagus exiſtit, ad fores templi Turcici, Moſchèe vulgo, in magnæ molis lapide tres exciſæ viſuntur hydriæ; Latini videntur has urnas in memoriam primi miraculi Chriſti Joh. II. v. 6. hic in lapidem poſuiſſe & putaſſe, hydrias Canæ Galilææ fuiſſe ſaltim vulgaria anguſtiori collo duarum vel trium menſurarum vaſa, cum potius fuerint majora vaſa aperta orificio amplo ad lavandum & aqua ſe abluendum deſtinata, minimum 24. usque 28. menſurarum, nam metretes eſt menſura octo vel novem cantharorum, & quælibet ex ſex hydriis capiebat binas, usque ternas, metretas. Joh. II. Chriſti transmutatio aquæ in vinum bonæ notæ miraculum fuit, ad fabulas autem merito referenda eſt iſta, quam St. Kield ſeu Ketilli perfeciſſe creditur, de qua fide Erici Pantoppidani Theatrum Daniæ Part. I. p. 406. &

TAB. I.

Der Rand des Kruges.

Die Weite des Loches oben.

ista, quam S. Martinus in hunc modum Cæsaroduni in Gallia peregit, vas vinarium, quod adhuc ibidem loci, in miraculi memoriam, hodietenus monstratur, aqua communi replere jussit, hac benedicta, uvam vitis in istud vas injecit, quo facto, statim, loco aquæ, vinum ex isto bibendum erat. Pontificii ita argumentant: Canæ Galilææ in nuptiis sex hydriæ positæ fuere, ergo, per bonam consequentiam, septem sint sacramenta, & vinum, id est, sacramentum altaris, sit inter hæc præcipuum & principale. vid. D. Joh. Frid. Mayers Päpstische Vernunfftlose Schluß-Kunst. p. 160.

Res omnium pretiosissima in sic dicto Zittergewölbe est arcula auro munita obryzo, in hujus superiori parte, juxta plures alias pretiosas gemmas, Turchesiam viridem admodum magnam omniumque nobilissimam videre licet. Pro hoc lapide, plures ante annos, Episcopus quidam Halberstadiensis Abbatissæ tunc temporis Queplinburgensi Præfecturam Westerhausen in vicinia sitam cum omnibus pertinentibus per commutationem dare obtulit, quam vero accipere recusavit. Porro adest Henrici Aucupis pecten, quo barbam pectinare consuevit, ex ebore confectus, auro multisque pretiosis lapidibus, inpr. granatis munitus, forma externa à pectinibus nostrorum temporum plane recedit, uti dictus pecten in apposita Tab. TAB.H. II. videndus, quæ istum in magnitudine sua repræsentat, ex utroque latere, tam quod ad gemmas & ebur, tam quod ad auro inclusionem, idem est.

a) Sunt crispæ inclusiones ex auro obryzo sine gemmis. b) Sunt Amethysti & granati auro muniti, inter quos lapides nunquam non parvus ex argento confectus globulus, instar margaritæ, conspicitur. c) Sunt tres auro inclusi Smaragdi virentes elegantiores pellucidi & diaphani, super quos d) gemma quædam auro inclusa obscure-cœrulea. e) Sunt folia floresque exhibentes figuræ in ebur affabre incisæ.

Porro adsunt frusta quædam panni serici rubri, albis floribus picti & ornati, quæ panno subdititio æque serico cœruleo munita sunt, perhibentur esse de lecto B. Mariæ; in membrana adjacente sequentia verba monachorum literis exarata leguntur: De lecto, in quo beata Dei genetrix ipsum dominum in utero gestans jacuit. Visui offeruntur quædam frusta de vestibus 11000. virginum, quæ una vice simul martyrio excruciatæ. Hæ 11000. virgines una tantum persona fuerunt, nomine Undecimilla, ex quo vero nomine rudis & indocta monachorum veterum cohors 11000. fecit virgines. Isti, qui historiam hanc fabulosam fecerunt, in martyrologiis quibusdam M.SS. hæc verba ita posita invenerunt: S. S. Ursula & Undecimilla V. M. id est: Sanctæ Ursula & Undecimilla Virgines Martyres: sicque sibi persuaderunt, Undecimillam cum literis insequentibus V. & M. esse nomen abbreviatum, & significare undecim millia Virginum Martyrum; quæ sic abbreviatura iis occasionem excogitandi has Romantias, quæ hodie adhuc à vulgo veræ creduntur, dedit. vid. plura in D. Joh. Frid. Mayers Päbstisch.

Vernunfft-

Vernunfftlosen Schluß-Kunst. p. 71. &c. Lituus Abbatissæ auro ex quo nummi, vulgo Ducati dicti, conflantur, munitus, ad quem & cum quo olim, tempore Romanæ religionis, in hac fundatione Abbatissæ introductæ sunt. Aurum est saturatioris & optimi coloris, quapropter factitium esse perhibetur, imo cum auro istius mensæ Lüneburgensis, quam male famigeratus Mosel furatus fuit, convenit.

Liber ex charta pergamena, literis aureis ita firmiter penna impressis, ut istas nullo modo abradere vel eradicare licet, confectus; hoc scriptum, cum jam septem numeret secula, nihil tamen de splendore & pulchritudine rutilantis auri amisit. Ars ejusmodi pingendi literas hoc nostro ævo pertinet ad artes depertitas, & Balbinus Dec. I. Lib. III. Misc. Regni Bohem. cap. X. §. IV. p. 137. inquit: Codices M.S. veterum auro conscripti mundissimo, qui modus auro scribendi & pingendi amissus &c. In hoc sic dicto Zittergewölbe olim & vitrum quoddam, cujus fundo materia quædam alba, instar calcis, adhærebat, videndum erat, particula lactis D. Mariæ dicebatur, appensa vitro schedula literis monachorum hæc bina verba: Lac Virginis: exprimebat. Hoc vero vitrum clementissimo jussu Imperatricis Romanor. regnantis ante paucos annos Viennam Austriæ transmissum fuit; sunt, qui putaverunt, hanc in vitro hærentem calcem fuisse lapidem Philosophorum. Lac, quod pro Mariæ lacte venditatur, multis in monasteriis & quoque in Abbatia Gandersheimensi adhuc asservatur. Restant plures antiquitates & reliquiæ a D. Frid. Ernest. Kettnero in der Kirchen- und Reformations-Historie des Kayserl. freyen weltl. Stiffts Quedlinburg. 4t. Quedlinb. 1710. pag. 99. 100. recensitæ, ex quibus brevissimis saltim quarundam mentionem addere placet: adest frustum columnæ, ad quam hominum servator passionis suæ tempore ligatus fuit; terra de montibus Golgatha & Calvaria; lancea, qua Christi latus apertum fuit; quæ etiam Romæ in templo S. Petri, teste Joh. Mabillon in Musæo Italico p. 88. sancte colitur, ergo binæ lanceæ fuerunt, sed S.S. unicam tantum memoravit. Papa Innocentius VI. honorem & cultum huic hastæ tribuere, diesque festos ob hanc causam publice celebrare, precesque ad lanceam tunc temporis sequentes mittere, pro autoritate papali, jussit:

Ave ferrum triumphale
Intrans pectus tu vitale
Cœli pandis ostia,
Fœcundata in cruore,
Felix hasta, nos amore
Per te fixi saucia.

Sey gegrüst glückseeliger Stahl!
Der du in die Brust gedrungen
Da die Lebens-Quell entsprungen/
Oeffne uns den Himmels-Saal!
Der du triefst von Heilgen Blut/
Ritze mit dem Liebes-Schmertzen
Des Verwundten/ unsre Hertzen/
Seelger Speer/ so ist uns gut.

Particula de ligno crucis Domini, de quo vid. plura in Leuckfelds Antiquitat. Walckenried. p. 278. frustum arundinis, qua Christi corpus, sceleris purum, percussum fuit; Capillus Mariæ Magdalenæ, quo Jesu pedes, post balsamationem, siccavit; crates ferreæ, in quibus S. Laurentius assatus fuit. In templo cathedrali ad arcem abbatiæ pertinente, est sacellum fornicatum subterraneum, das Münster dictum (ejusmodi enim sacella sub-

terranea

terranea Münster vocantur; quale & Erfurti proſtat) in quo Imperatoris Henrici Aucupis ſepulchrum, janua ferrea clauſum; ſuper hoc ſacello in templo eſt altare primarium & ita vulgo dictus chorus altus. Lapis ſepulchralis dicti Imperatoris ex optimo confectus eſt marmore, inſcriptio epitaphii non amplius legenda, ſequens autem fuiſſe perhibetur. vid. N. H. Gundlingii de Henrico Aucupe liber ſingularis 4t. Halæ. 1711.

| | |
|---|---|
| | Heinrich der erſte Kayſer berühmet war/ |
| Auceps Henricus primus celeberrimus inter | Unter den Fürſten allzumahl/ |
| Imperii Proceres Saxoniæque Duces, | Der Hertzog von Sachſen Krohn/ |
| Fortiter Hercyniæ populos cum ſubderet omnes, | Bekriegt den Hartz und als er gewonn/ |
| | Stifft er dis Jungfrau-Kloſter fein/ |
| Conſtruxit ſummo templa dicata Deo, | Sein Tochter Mechtild ſetzt hinein/ |
| Virginibus caſtis hanc fundavitque Sareptam, | Eine fromme Aebtißin ſie ward; |
| Ut Chriſtum virgo religioſa colat. | Hielt ihren Orden treu und hart/ |
| Mechtildem gnatam primo præfecit in illa, | In Gottesfurcht und Keuſchheit rein/ |
| Quæ caſtum coluit filia caſta Deum, | Wie GOtt recht will geehret ſeyn; |
| Cæſaris hic magni ſepelivit membra parentis, | Allhier vor St. Peters Altar/ |
| Ante aram Petri corporis oſſa tegens, | Legt ſie ihres Vatern Haut und Haar/ |
| Illius hic placide ſub ſaxo membra quieſcunt, | Sein Fleiſch und Bein/ aber die Seel |
| Sed mens æterna vivit in arce Dei, | Im Himmel lebt vor GOttes Stuel/ |
| Optat & exſpectat cum corpore cœlica regna, | Erwartet frölich GOttes Gericht/ |
| Cum venient ſummo regna beata die. | Biß auch der Leib werde lebendig/ |
| | Und ſamt der Seel leb ewiglich. |

Patroni hujus fundationis ſunt S. Servatius, Dionyſius & Arnulphus. Hæc Quedlinburgenſis fundatio eſt perantiqua S. Rom. Imperii Abbatia ad Saxoniæ ſuperioris circulum pertinens, a modo dicto Imperatore Henrico Aucupe, ſeculo poſt Chriſtum decimo, fundata, primatum tenet inter ſexus ſequioris Abbatias Rom. Imperii, & a multis Imperatorum Principibus adminiſtrata. Conſtat nunquam non quatuor perſonis nempe Abbatiſſa, Præpoſita, Decaniſſa & Canoniſſa; Quæ in præſenti dominatur & regimen habet Abbatiſſa eſt Duciſſa quædam Holſatiæ; Præpoſita eſt comes Maria Aurora Königsmarcken. In arce & bibliotheca non æque magna & numeroſa, tamen ſelecta, videnda.

Quedlinburgum putant nomen habere vel a copioſis aquarum venis, Waſſer-Quellen/ vel a Serpillo, Quendel/ Feld-Kümmel/ Feld-Könnig/ quod copioſe hic & læte creſcit. Dom. Apel, Med. Candidat. nobis retulit, circa Quedlinburgum pyritem, quem Gold-Kies vocabat, reperiundum; & non procul Dittfurto terram quandam viridem, qua inſtar viridis æris pingere poſſent pictores, ſed arena intermixta prius eluenda. In monte Sebichenberg Quedlinburgenſi ſceleton Unicornu foſſilis quondam repertum fuit, cujus unum alterumve magnum os ex ſumme liberali donatione ſupra laudati Dn. Conſulis & Archiatri, Schwalbe, accepimus; deſcriptionem iſtius poſtea D. Joh. Mayer, Aſtronomus & Camerarius Quedlinburgenſis, concinnavit, vid. Valentini Muſ. Muſeor. Part. II. p. 483. Plures Quedlinburgenſium memoratu res dignas vid. Tob. Eckhardi Codices M.SS. Quedlinburgenſes. 4t. Quedlinb. 1723. Ej. von den Bibliothecken zu Quedlinburg. 4t. Ej. Memoria Quedlinburgenſ. docti renovata. 4t. Hiſce vale optime, Vir plurimum Reverende atque Doctiſſime, litterati Orbis Northuſani inſigne decus, & me, ut ſoles abunde, amare perge.

Wolffenb. d. 4. April. 1730.

FRANC. ERNEST. BRUCKMANNI,
MED. DOCT.

# EPISTOLA ITINERARIA XX.

DE

# TUBERIBUS TERRÆ,

AD

*VIRUM NOBILISSIMUM, EXCELLENTISSIMUM*

ATQUE

CONSULTISSIMUM DOMINUM,

DOMINUM

# HERM. FRID. TEICHMEYER.

PHILOS. ET MED. DOCT.
ANATOMIÆ, CHIRURGIÆ ET BOTANICES PROF. P. O.
SERENIS. SAXON. DUCUM VINAR. ET ISENAC. CONSIL. AUL.
ET ARCHIATRUM, ACAD. NAT. CURIOSOR. IMPERIAL.
LEOPOLD. CAROL. ET REG. SCIENT. PRUSS. SOCIUM, &c.
*AMICUM ET PATRONUM COLENDISSIMUM.*



*CUM FIGUR.*

*WOLFFENBUTTELÆ,* MDCCXXX.



## VIR EXCELLENTISSIME ATQVE CONSVLTISSIME,

### FAVTOR ET AMICE COLENDISSIME!

---

QVod de Fungis ſubterraneis, vulgo Tubera terræ dictis, ſpecimen botanicum Anno 1720. typis exſcribi curavimus, quodque recenſitum legitur dans le Journal des Sçavans pour le mois de Decembre 1722. p. 624. &c. usque 629. it. in Joh. Fabricii Hiſtoriæ bibliothecæ Fabricianæ Part. VI. p. 38. 39. Tuoque honoratiſſimo nomini, *Vir excellentiſſime*, dedicatum, dubio procul Te recte accepiſſe perſuaſum firmiter habemus. Ulteriorem de iis, præſertim iſtis in Hungaria obſervatis & comeſtis relationem non ægre pro nunc accipies; peculiare quidem de tuberibus & de Clitumno fluvio Alphonſus Ciccarellus Patavii 1564. in 8v. Scriptum edidit, quod vero hactenus nullibi omni licet ſtudio multas inſtructiſſimas bibliothecas perluſtraverimus, invenire nobis contigit; Et Ioſeph. Pitton Tournefortius, Botanicorum facile Coryphæus, in Inſtitut. rei herbar. p. 565. Tab. 333. Claſſe XVII. de plantis, quarum flores & fructus vulgo deſiderantur Gen. VIII. cum fig. breviſſimam tantum & mancam de hoc certe mirabili plantarum genere delineationem cum eruditis communicavit. Tuber Latinis a tumeo, quomodo a facio faber, ab humeo huber & per aphæreſin uber, tuber quia eſt corpus naturale vegetabile tumidum, dictum. Confer. Ioh. Iacobi Mangetti Bibliotheca pharmaceutico-medica Tom II. Lib.XIX.p. 1007. Dantur & nodi duri in quarundam arborum ramis & cortice latentes, qui tanquam morbus arborum, a læſione externa violenta morſuque inſecto-

rum excitantur, qui quoque Tuber, cum epitheto, arboreum nuncupantur, denominatione a figura externa, quæ tuberibus terræ quodammodo aſſimilatur, deſumta, ejusmodi tuber ligneum duriſſimum, cortice excluſum, ex muſeo noſtro Tab. II. Fig. III. Tibi exhibet; hoc plane a noſtro tubere ſubterraneo diſtat. Laborat interdum & genus humanum brutorumque in quibusdam corporis partibus morbo quodam in altum elevato, uti eſt talpa in capite, ſpecies atheromatis in cranio, qui quoque ab externa cum tuberibus terræ ſimilitudine & facie tubera, German. Beulen / rectius tumores p. n. vocatur. vid. Hübners Natur-Lexicon. p. m. 270. Porro Helianthemum tuberoſum ſeu Sol altiſſimus radice eſculenta tuberoſa, Sonnen-Blume radice eſculenta, quæ planta florem habet regularem compoſitum ex regularibus & irregularibus ſimul, ſeminibus ſolidis, vocatur quoque & quidem proprie Erd-Apffel / ſed improprie Lat. a quibusdam Tubera, Tartuffeln. vid. Ruppii Floram Jenenſem p. 155. Et Papas quoque Americanum improprie Erdbirnen / Erdäpffel & Tartuffeln vocatur; Hæ enim omnes plantæ flore ſpecioſo & ſemine viſibili, in fungis ſubterraneis haud facile inveniendo, gaudent, præterea plane aliud, & toto coelo a tuberibus terræ diverſum, plantarum genus conſtituunt. Male quoque fungorum genus cavernoſum & rugoſum, Morcheln vel Maurachen, it. Cervi fungus, Hirſchbrunſt, tuber vocatur. Proſtat & Symphitum tuberoſum majus & minus, ſed quoque non eſt hujus loci, vid. de iſto Carolus Cluſius, curioſus olim botanicus, rarior. plantar. hiſtor. L. V. c. LII. p. CLXVI. it. adeſt Hyacinthus tuberoſus, die Herbſt-Hyacinthe vel vulgo Tuberoſe dictus, ſed quoque huc non pertinet. Petrus Bellonius Cenomanus Lib. II. de Aquatilibus Cap. XI. de Zoophytis ſ. plantanimalibus, ad ea quoque refert Vertibulam ſ. Tethyam, quam Latini Tubera vocant, quæ ruſticis in foro piſcario Venetiis divendi ſolent, magnitudine ovi gallinacei, quæ ſi mano paulo vehementius comprimas, ſyringæ modo aquam longiſſime ex foramine parum ad latus ſito ejaculantur, in Oceano ad littus Gallicum frequentia. &c. p. 432. 433. 434. cum fig. ſed ex Bellonii deſcriptione non ſatis conſtat, an ejus tubera ſint animalia, an vero ſpongiæ? Dudaim S. Sræ, quæ vox in Hebræorum lingua amabile, gratum, acceptum denotat, putatur fuiſſe tubera terræ, ſed vera demonſtratio, quæ a planum hoc facere poſſet, & probatio, ſufficiens deficit. Pulcherrima Rahel nunquam Dudaim pro Jacobo marito emiſſet, ſi Chocolatæ potus, ſuaviſſimus ad Veneris delicias excitandas, ſibi tunc temporis notus fuiſſet. Græcorum autem ὕδνα ſunt Latinorum tubera terræ, ἀπὸ τοῦ ὕδειν, i. e. nutriendo, plurimum enim alimenti præbere dicuntur.

TAB. II. FIG. III.

Præterea

Præterea Satyrium Erythronium Matthioli, quod manibus duntaxat attrectando, totum Venereis turgere libidinibus faciat, ſunt tubera terræ. Germanis vocitantur Erdbeilen / Erdknoblen / Morchen / Morcheln / Murachen / ſed cum his ultimis a Bartholomæo Zornio in Potanologia medica p. 687. hæc noſtra terræ tubera confunduntur, Morcheln enim ſunt fungorum genus cavernoſum ſupra terram naſcens, quod a tuberibus plane diſtat. Hiſpani *Tofena*, Calli *Truffes*, Itali *Triffoli* vocant, terræ enim tubera, Tartuffeln / teſte Ciccarello de tuberibus apud Gallos & Italos in uſu ſunt, non ſolum in diæta, ſed & medicina; ab Anglis *Trutfles* & a Belgis *Arthuyten* appellantur. Ferrandus Imperatus LXXVII. C. V. p. 824. Hiſtoriæ naturalis *Ariſtolochiam peregrinam* vocat &c. qui etiam vegetabile quoddam recenſet eodem cap. quod *Tartufos fungoſos* vocat, qui ſubſtantia Tartufis eſculentis congeneres forent, duriores tamen, fibroſioresque, ac varia magnitudine, unde centum librarum pondere & ultra ſpectentur. &c. p. 825.

Optima tubera terræ Hungarica obviam nobis facta, in fruſta conciſa, ſunt coloris varii, ſcheckigt, figurata & variis curvis lineis ductibusque in ſubſtantia interna, inſtar Nucis Muſcatæ Indice, marmorata. Semen habent ſui generis, ſed non evidens, quare in den Breßlauer Kunſt- und Natur-Geſchichten Xter Verſuch p. 601. quæſtio: an humidum & ſal terræ, admixto quercuum ſucco, ſub quibus arboribus non raro creſcant & inveniantur, hæc terræ tubera, Erdballen / ſine ſemine coagulet? ventilata fuit. Tubera Liptovienſia Hungariæ ſemper inæqualem tuberoſam rotundam & rugoſam, ad inſtar Chagrin, obtinent figuram & talem corticem, Chriſt. vero Menzelius in in indice plantarum univerſali p. 309. exhibet tubera ſubterranea in Marchia Brandenburgica forma teſticulorum humanorum nata, quæ in appoſita Tab. II. Fig. I. ex ejusdem pugillo rariorum plantarum deſumta, vivenda.

TAB. II. FIG. V.

TAB. II. FIG. I.

Subſtantia & pulpa in tuberibus Hungaricis ad albedinem, intermixtis eleganter obſcurioris coloris curvis ſtriis, quales in Nuce Muſcata, diviſa cultro videndæ, vergit; quæ vero pulpam monſtrant & exhibent nigram, ſunt vetuſtiora, nec recentia, obſoleta putredinique jam proxima, & quando putreſcunt, albis ſcatent vermiculis inſtar caſei termetum, nulliusque amplius uſus ſunt. Multi, imo fere omnes, phyſici aſſeveraverunt, tubera radicibus carere, ideoque plantis non debere annumerari, quod & Nardus de rebus Indicis & Jo. Faber in ſuis commentariis aliique plures affirmarunt; ſed ſciant velimus, ſe non probe & accurate rem perſpexiſſe, radices in Hungaria in eis invenimus, imo palmi longitudine, quarum ope in terræ gremio ſub muſco terreſtri putridisque arborum in acervos cumulatis foliis ſuſtinebantur, verum adeo exiles & tenues, licet in tuberibus magnis, ut vere viſum effugiant,

TAB. II. FIG. V.

giant, quare ut plurimum absque illis radiculis à rusticorum gente, quæ ista effodit & venalia in oppida portat, avelluntur. Orta quoque hinc est fabula, tubera à tonitru generari, quoniam post calidos læte crescunt & augentur imbres; & Petrus Borellus in Histor. & observat. medico-physicis Cent. III. Observat. XCII. p. 270. tubera plantis restituta; inquit: sed sciant velim, se non probe rem perspexisse, ego enim radices in iis inveni imo palmi longitudine, quarum ope sustinebantur &c.

Patria non tantum Comitatus Hungariæ Liptoviensis, sed prostant quoque & inveniuntur ad Pirnam Misniæ urbem, In Marchia Brandenburg. Marchionatu Byruthyno, circa Bambergam, in Hassia, it. copiose in sic dicta magna Viennensium sylva, im grossen Wiener Walde/ plura loca natalia vid. Breßlauer Kunst- und Natur-Geschichte Zehnter Versuch p. 601. unam, vel unam cum dimidia, sub terra spithamam recondita plerumque latent. De captura istorum & venatione per canes, durch die Truffel-Hunde/ vid. Ibid. l. c. p. 597. 600.

Ad usum quod attinet medicum & œconomicum, tubera cocta, teste H. Cardano L. VII. de var. reb. c. 25. & Lib. de causis, signis ac locis morborum de angina, pro emplastro imposita, anginosis adeo prosunt, ut quidam jam morituros hoc auxilio liberaverint; alias, in specie in Hungaria nata, quæ præ reliquis æstimantur & sapidiora sunt, magnatum & Principum mensis, deliciarum instar, apponuntur. De temperamento & usu eorum in culinis Baptista Fiera Mantuanus in Cœna p. 150. & commentator ejus Carolus Avantius Rhodiginus in notis ad eam optime sequentibus legendi:

Terrea *ferte aqueoque madentia Tubera rore*
*Alba: famescentes sint nigra vestra, coqui.*
*Ultima sint nostræ post pulmentaria Cœnæ,*
Mixta *sit in nostris ut* Venus *ipsa jocis.*
*Si turgent, æquum est:* ventosa tonitrua *& imbres*
*Hæc genuere: piper, Chiaque vina bibam.*
*Sic faciles stomacho sunt adducentia chymos;*
*Nec vesica tumet, nec dolet iliacus.*
*Cui caput obtusum & triste est, mollesque lacerti*
*Exeat: his tantum tubera cœna negat.*

## Caroli Avantii Rhodigini Notæ.

*Terrea.*) „Terrea, sive quia crassum & melancholicum sanguinem „gignant: sive quia, ut aliis placet, tubera nil aliud, quam terræ vitium sint. Terræ enim naturam in se globari eo argumento probat Plinius, quod Lartio Lacinio Lib. 19. cap. 2. mordenti tuber deprehensus sit „intus denarius, qui primos dentes inflecteret.

*Mixta*

*Mixta Venus.*) „Nobiliſſima tubera circa Lampſacum naſci Plinius „& Athenæus teſtantur, & rationi quidem conſonum videbatur, libidi-„nis hæc irritamenta ibi optima provenire, ubi deorum ſalaciſſimus colebatur.

*Ventoſa tonitrua.*) „Johannes Ciampolus facete admodum tubera „*Sorores Zebedeorum* appellabat, qui in ſacris literis filii tonitruum dicuntur. „Jove enim tonante, cumq; crebra decidunt fulmina magnum perhibent fieri „tuberum proventum. Quod iis verbis etiam expreſſit Juvenalis, Satyr. 5.

Et faciant optata tonitrua cœnas Majores.

„Cur autem per eas cœli conſtitutiones potiſſimum tubera gignan-„tur, hanc nonnulli aſſignant cauſam: quod pluviæ cum tonitru & ful-„minibus decidentes calidiores ſint unde ab humido illo calore excitata „materia, quæcunque tandem ea ſit, tuberoſum illud corpus format.

„Subeſſe autem tubera cognoſcuntur indicio, ut ait Athenæus Dip-„noſ. Lib. 2. cap. 21. ſupernaſcentis plantæ, quam *Hydnophyllon* vocat. Ita „enim è Pamphili Gloſſis. ὑδνοφυλλον ἡ φυομόνη τῶν ὕδνων ὕπερθε πόα, ἀφ ἧς τὸ ὕδνον γιγνώσκεται. Sic & Heſychius. ὑδνόφυλλον ἡ ἐπί τοῖς ὕδνοις φυομόνη πόα. „Quid vero de hujusmodi herba proferam non ha-„beo. Conſului quidem quotquot novi nonſolum viros doctos & peritos „Botanicos, ſed etiam vulgares homines, qui in effodiendis hujusmodi „radicibus fere vitam conſumſerunt qui omnes uno ore affirmarunt, ſe „in inveniendis tuberum locis nullius duci herbæ indicio, ſed ſoli tantum „qualitate arenoſa, ac terræ ſuperficie rufeſcente, rimasque interdum „agente, contra quam ſcribat Plinius: deinde ſuum ſagacitate uti. Imo „nonnulli aſſeruerunt, iis locis, quibus ſubſunt tubera, nullas omnino „provenire herbas. Exhibet tamen Lugdunenſis Herbarii compilator *Tu-„berariæ* nomine plantam: quam ideo Hiſpanis *Yerva Turmera* appellari „ait; quod ubi ea naſcitur, copioſa tubera reperiantur: eoque argumen-„to veterum ὑδνόφυλλον eſſe opinatur. Quæ itidem de Ciſto annuo re-„cenſet Carolus Cluſius. Quid Hiſpanico ſolo proprium ſit, ego quidem „ignoro. Illud certo ſcio, herbas illas pluribus Italiæ locis creſcere, ubi „nulla prorſus tubera inveniuntur. Ita ut ſtatuendum ſit, aut eas non „eſſe proprium, ſaltem quarto modo, latentium tuberum indicium, aut „nemini adhuc cognitum eſſe verum *Hydnophyllum*, aut denique fabulo-„ſam & commentitiam eſſe plantam illam. Quod enim Jul. Cæſ. Scaliger „Exercit. 180. adv. Cardan. ſibi allatum ſcribit ex Moiraxi agro tuber cum „ſtipite & oblongo foliolo, ſi modo fidem meretur, haud verum & legi-„timum fuiſſe tuber illud, ſed potius alterius generis ſtrumoſam & conſi-„milem radicem, omnino affirmaverim. Sed eſto, in efformando eo „tubere luſiſſe ac luxuriaſſe naturam: quid porro ex inſolenti ac monſtro-

ſo

„ſo germine inferre velit doctiſſ. quidam & magni nominis vir, plane non „video. præſertim cum allati auctores ὑδνόφυλλιν non tuberis folium eſſe „prodant, ſed herbam τοῖς ὕδνοις ἐπιγινομένον, & ex putri ac halituoſo „eorum vapore (ſi eos interpretari licet) quodammodo ſuccreſcentem.

TAB. II. „Vidi quoque olim in vetuſtiſſimo ac in membranis picto Herbario Caro-„li Herbeti Veronenſis parvam herbam, cujus imaginem ex eo ad ungu-

FIG. VI. „em expreſſam hic damus, *Tuberoniæ* epigraphe, à tuberibus forſan de-„ducto nomine. Plantam certe aut peſſime, ut rude illud ſeculum ſole-„bat, delineatam, aut in Gurguſtidoniis campis requirendam.

„Qui vero plura de tuberibus legere cupit, adeat Alphonſum Cicca-„rellum Mevenatem, qui ſingulari libello hoc argumentum diligenter „proſecutus eſt.

In fine verbo tantum mentionem injiciemus tuberis cujusdam lapi-dei, quod Joh. Jac. Scheuchzerus in Helvetia quondam reperit & in ſpe-cimine ſuo lithographiæ Helveticæ curioſæ Tab. II. Fig. XXII. p. 17. 18. exhibuit, quod an fuerit lapis ex luſu naturæ, quod ad formam exter-nam, tuber vegetabile ſubterraneum referens? an vero fuerit fungus ſub-terraneus rotundus in lapideam duritiem à ſpiritu Gorgonico mutatus? aliis dijudicandum relinquimus. Ceterum vale, *Vir Excellentiſſime*, bene vale ac cum familia *Tua* univerſa proſpere & optime vive;

*Explicatio figurarum:*

Tab. I. Fig. I. Siſtit tuber terræ integrum ad vivum delineatum.
II. Exhibet tuber perpendiculariter diſſectum oculoque armato ſpectatum.
III. Præbet partem tuberis exſiccati & microſcopie conſiderati.
IV. Dat tuber horizontaliter diſſectum & microſcopio conſideratum.
V. Eſt pars corticis æque microſcopio ſpectati.

Tab. II. Fig. I. ſunt tubera ſubterranea Marchiæ Brandenburg. teſticulo-rum forma, ex Menzelii pugillo rariorum plantarum deſumta.
II. Sunt tubera ex Antonii Pinæi Hiſtoria plantarum p. 209. deſumta.
III. Sunt tubera terræ ex Joh. Joachim. Beccheri Parnaſſo medicinali ejusque phytolo-gia p. 528. delineata, Germ. Erd-Morcheln.
IV. Tubera κατ᾽ ἐξοχὴν & ſpecialiter dicta, quorum figura elegantiſſima in Petri Laurenbergii Apparatu plantario p. 128. videnda.
Fig. V. Et portiuncula tuberis Hungarici, cujus pulpa lineis & ductibus variis Nucem Muſcatam vel celebri ſubſtantiam exacte refert. VI. Eſt herba Tuberonia, cujus Caro-lus Avantius Rhodiginus in notis ad Fieræ Cœnam mentionem injecit. VII. Eſt tuber ligneum ex arbore deſumtum.

Reliquum Deum rogamus, ut Tuis laboribus doctiſſimis, publico & inprimis arti Hip-pocraticæ dicatis, *Te* amiciſſimum nobis & Muſis diu parem eſſe jubeat & ſuperſtitem.

Vale, *Vir Excellentiſſime*, Præceptor optime, & quam diu vivis nos ama.

Scrib. Wolffenb. d. 1. Maji 1730.

FRANC. ERNEST. BRVCKMANNI,
MED. DOCT.

# EPISTOLA ITINERARIA XXI.

DE

# MEDICIS VIENNENSIBVS

ANNO MDCCXXIII. MDCCXXIV. MDCCXXV.

# EORVMQVE SCRIPTIS MEDICIS.

AD
VIRVM CONSVLTISSIMVM, EXCELLENTISSIMVM,
ATQVE
DOCTISSIMVM DOMINVM,
DOMINVM

# CHRIST. GEORG. SCHWALBE,

PHILOS. ET MED. DOCT.
SERENIS. ATQVE REVERENDIS. DVCISSÆ SCLESWICO-HOLSATICÆ ET ABBATISSÆ QVEDLINBVRGENSIS ARCHIATRVM PRIMARIVM, CONSVLEM GRAVISSIMVM, PHYSICVM ET MEDICINÆ PRACTICVM QVEDLINBVRG. MERITISSIMVM,
REG. SOC. BEROLINENS. SCIENTIAR. SOCIVM DOCTISSIMVM, &c.

*FAVTOREM ET AMICVM*
*OMNI HONORIS CVLTV PROSEQVENTVM.*

---

*WOLFFENBVTTELÆ*, MDCCXXX.

# VIR CONSVLTISSIME,
## EXCELLENTISSIME ATQVE DOCTISSIME
## *FAVTOR ÆSTVMATISSIME!*

CAtalogum Medicorum celebrium Viennæ Auſtriæ Annis 1723. 1724. & 1725. viventium tunc temporis ſequentem concinnavimus, ex quo primo loco ad Te Vir conſultiſſime, Profeſſores medicinæ publicos, quorum tres numerantur, mittimus:

1. Phil. & Med. Doct. *Carl Wolfgang*, Sac. Rom. Imper. Eques *de Lebzeltern*, Facult. Med. Senior Conſiſt uti & Profesſor Med. Primarius, Sac. Cæſ. Maj. Conſiliarius & Archiater, qui Anno 1713. munus Rectoris Magnifici ſumma cum laude implevit, Diſſertationes medicas ſequentes in 4to edidit.

1) De facultatibus i. eſt. conſtitutivis actionum in humano corpore exercendarum cauſis. Reſp. Scholz. 1695.

2) De febribus in genere. Reſp. Rainer. 1705.

3) De febris hecticæ theoria. Reſp. Pfann. 1705.

4) Theſes pathologicæ de cauſis morborum. Reſp. Kirchſchläger. 1716.

5) Theſes phyſiologicæ de viſu. Reſp. Salzgeber. 1719.

6) De morbis ſolutæ unitatis. Reſp. eodem. 1719.

7) De Colliquatione. Reſp. Weigant. 1724.

2. Adam Frid. Krehmer, Phil & Med. Doct. Sac. Cæſ Regiæque Rom. Cathol. Maj. & Sac. Auguſtis. Impetratricum Maj. viduarum Medicus aulicus, Theoriæ medicæ Prof. Publ. prim. & ordin. qui vero jam mortuus, & Petrus *Quarin*, Phyſicus & Medic. ordin. fratrum Miſericordiæ, in ejus locum electus fuit; ſequentes de eo poſſidemus diſſertationes in 4to. 1) De propria facultatis animalis quiete ſeu ſomno. Reſp. Braunn. 1715. 2) De Nutritione corporis humani. Reſp. Neueweuerth. 1715. 3) De facultatibus animæ Reſp. Edler. 1715. 4) De Sanguine, ejusque tinctura, circulatione, it. de varia venarum arteriarumque ramificatione. Reſp. Deimbl. 1715. 5) De Neurologia. Reſp. Kerner. 1715. 6)

De

De ſtructura & officio glandularum. Reſp. Weber. 1715. 7) De animæ facultate & bina operatione vitali, & in ſpecie de pulſibus &c. Reſp. Wittich. 1715. 8) De morbis in genere, & iis in ſpecie, qui cor & reſpirationis organa infeſtant. Reſp. eodem. 1716. 9) De Nutritione corporis humani læſa. Reſp. Neueweuerth. 1716. 10) De Pathologia ſyſtematis nervoſi. Reſp. Kerner. 1716. 11) De p. n. bilis conſtitutione. Reſp. Gründl. 1716. 12) Theſes phyſiologicæ de exteriore animæ ſentientis affectione tactus. Reſp. Vogl. 1720. 13) De p. n. ac febrili ſanguinis motu ſ. de febre quartana. Reſp. Höltl. 1720. 14) De Oſteologia Reſp. Reichel. 1720. 15) Theſes phyſiologicæ de tactu. Reſp. Schram 1722. 16) De Cerebri, partiumque capitis ſenſatione depravata i. e. dolore capitis. Reſp. Vogl. 1722.

3. Ioh. Franciſc. *Rauch*, Med. & Phil Doct. Inſtitutionum medicarum Prof. Soc. Leopoldin. Carolinæ S. R. I. Nat. Curioſor. Collega, Taſixenes dictus. Scripta ejus ſequentia nobis innotuere. 1) Oratio de ſalubritate Auſtriæ. fol. Viennæ 1720. 2) Diſſ. de morbis, eorundem cauſis & accident. 4to. Reſp. Zwenhoff. 1721. 3) De partibus corporis humani, earundemque functionibus vivis 4t. Reſp. Krammer. 1721. 4) Aſſertiones Semioticæ. 4to. Reſp. Lebzeltern. 1723. 5) De aere & eſculentis 4to Reſp. Haider. 1723. In fine menſis decemb. hæc Diſſ. pro cathedra ventilata fuit, in qua autem in monachos propter chocolatæ potum, quem in deliciis haberent, vehementer & aſpere invectus eſt autor, quapropter in Conſiſtorium eccleſtiaſticum, ut rationem redderet de mox ſequentibus verbis, citatus fuit; hoc facto, alteram interim de potulentis diſſertationem in 4to Reſp. Pergen ſub initium Anni 1724. prelo commiſit, in qua iterum non tantum monachos ſed & collegas ſuos, ob abuſum vini potus verbis aggreſſus aculeatis, verba ejus in prioris diſſertationis Cap. III. §. XXXII. p. 22. in hunc modum ſonant: chocolata valde nutrit & venerem ſtimulat; hinc vel ſtoliditatem, vel hypocryſin cognoſces Monachorum, qui ob abundantiam ſucci nutritii, ut ajunt, Veneris pabulum, a carnibus, devotionis gratia, abſtinent, largo nihilominus Chocolatæ potu ſeſe ingurgitare minime ſibi vitio vertentium. §. XIII. Diſſertationis de potulentis hæc habet verba: Noſtræ provinciæ vinum, liquorem nobiliſſimum generant, quo & indigenæ & alii ſe exhilarant, eſſet

tamen optandum, quod eodem Hippocratis filii, qui aliorum saluti studere sese jactant, ultra lætitiam non abuterentur; legitur in sacro codice, quod voto Daniel Propheta, Rechabitæ, & sacerdotes in veteri testamento munere suo in templo fungentes a vino abstemii fuerint, quæ consuetudo in ecclesia moderna, ad evitanda gravissima quotidie scandula, introduci mereretur. Hæc altera de potulentis diss. nunquam in cathedra defensa fuit, sed consistorium ab officio & professione medica cito autorem removit; quoniam vero nec contra Deum nec Imperatoriam Majestatem nec religionem, nec veritatem verba sana & mendacia in dictis disputationibus protulerit, post aliquot septimanarum, lite nempe durante, suspensionem pristinæ dignatati restitutus fuit.

In locum D. *Krehmers* beate defuncti Prof. Theoriæ Med. electus fuit Petrus *Quarin*, Phys. & Med. Ord. fratrum Misericordiæ, qui tres anno 1724 dissertationes in 4to pro cathedra medica ventilavit 1) de Urina Resp. Pergen. 2) de sudoriferis, eorundemque operandi modo, utilitate & cautelis, Resp Pisani. 3) de purgantibus, eorundemque usu & abusu. Resp. Frid.

Doctores Facultatis medicæ Viennensis sunt sequentes.

1) D. And. Jac. de *Fack*, Phil. & Med. Doct. Regii in Lusitania ordinis Christi eques, des Königl. Ordens-Habit Christi in Portugall Ritter / Augustissimi Romanorum Imperatoris atque Cathol. Hispan. Regis Caroli VI. Consiliarius & Proto-Medicus.

2) Joh. Baptist. de *Garelli*, Phil. & Med. Doct. olim Augustissimorum Imperatorum Leopoldi & Josephi gloriosissimæ memoriæ, nunc vero Augustissimi Roman. Imperatoris & Cathol. Hispan. Regis Caroli VI. ut & Cæs. Maj. viduæ Wilhelminæ Amaliæ Consiliarius & Archiater.

3) Pius Nicolaus de *Garelli*, Joh. Baptist. de Garelli filius, Phil. & Med. Doct. Regii primique in Lusitania ordinis de habitu Christi eques, in patria Bononiensi Universitate ad cathedram Eminentem conductus publicus & primarius Med. Professor, Augustissimi Rom. Imperatoris atque Catholici Hispaniarum Regis, Caroli VI. Consiliarius & Archiater, Cæsarearum bibliothecarum primarius Director, nec non inclytæ facultatis medicæ Viennensis Decanus spectabilis.

4) Francisc. *Holler*, Sac. Rom. Imper. Eques de *Doblhoff*, Phil. & Me-

& Med. Doct. olim Augustissimorum Imperatorum Leopoldi & Josephi gloriosiss. memoriæ, nunc vero Augustiss. Rom. Imperatoris atque Cathol. Hispan. Regis Caroli VI. Consiliarius & Archiater, Prof. Med. Public. Oenipont.

5) Franc. Ferdinand. *Possinger*, S. R. I. Eques de *Pechernstein*, Phil. & Med. Doct. olim Augustissimorum Imperatorum Leopoldi & Josephi gloriosi. memoriæ, nunc vero Augustissimi Rom. Imperatoris & Cathol. Hispan. Regis Caroli VI. Consiliarius & Archiater.

6) Carl Wolffgang, S. R. I. Eques de *Lebzeltern*, Phil. & Med. Doct. ejusdemque Profess. Publ. & primarius, Universatis Viennensis senior Consistorialis, Augustiss. Rom. Imperatoris atque Cathol. Hispan. Regis, Caroli VI. Consiliarius & Archiater.

7) Jacob Ignatz, Nobilis de *Focky*, S. R. I. Eques, Phil. & Med. Doct. Sac. Cæs. & Cathol. Reg. Hispan. Maj. Caroli VI. ut & Augustissimæ Imperatricis viduæ Amaliæ Wilhelminæ Personæ Medicus & Consiliarius, Superintendens p. t. fundationis Geislerianæ qui An. 1721. Rector Magnificus Universitatem laudabiliter rexit.

8) Joh. Franc. *Faber*, Med. Doct. Sac. Imperator. Rom. & Cathal. Hispan. Reg. Maj. Consiliarius & Archiater.

9) Joh. Wolffgang. *Preysser*, in rebus sanitatis publicæ Austriæ inferioris Regiments- und Lands-Gesundheit-Rath.

10) Joh. Frid. *Krehmer*. †. vid. supra.

11) Joh. Adam de *Springenfels*, Medicus Provincialis Lentii, metropolis Austriæ superioris.

12) Carl Wilh. *Sattler*. †.

13) And. Bernh. *Panenka*, Ordinum Olmutii in Moravia Physicus primarius senior, qui An. 1692. sine præside Viennæ Austriæ de Hæmorrhoidibus in 4to disputavit.

14) Gundacker Romuald. *Nicoletti*, Physicus Jaurinensis in Hungaria.

15) Franc. Petrus *Hartung*, Physicus primarius Sempronii in Hungaria.

16) Joh. Baptist. *Braband*.

17) Matth. Wilhelm. *Hahn*, Physicus fundationis Billiottanæ. †. cujus locum jam occupat D. Joh. Conrad. Adam. Mannenbach.

18) Henricus Angelus, Nobilis de *Blöhmer*, S. R. I. Eques, Sac. Cæs. & Reg. Maj. Archiater, S. R. I. Consiliarius aulicus, ut & Reichs-Hoff-Cantzeley Proto-Medicus, penes quem An. 1717. regimen totius magistratus academici fuit.

19) Joh. Baptist. Philip. *Ritter*, Phil. & Med. Doct. Sac. Cæs. Reg. Cathol. Maj. venationum physicus.

20) Franc. Augustin. *Bosio*.

21) Paul Joseph. *Plöckner*, physicus provincialis in monasterio St. Hippolyti, vulgo St. Poelten.

22) Georg. And. *Pfister*, Cæsar. primarius militum campestris medicus.

23) Leopold. Georg. *Wolff*, Ordinum Austriæ inferioris physicus Novostadii, quod vulgo Wienerische Neustadt vocatur.

24) Joh. Baptist. *Hulin*.

25) Franc. Tobias *Wallner*, Physic. Provincial. Cremsæ Austriæ inferioris.

26) Matth. *Suttner*, Proto-Medicus Ordinum, der Länd-Stände / Austriæ inferioris.

27) Joseph. *Luppi*, Physicus Tridentinus.

28) Maximil. Anton. *Tamen de Oldendorff*, Sereniss. Eminent. Cardinal. Saxon. Archiater.

29) Anton. *Loick*, Celsiss. & Reverendiss. Principis Sigismundi Archiepiscopi Viennensis, S. R. I. Principis & Comitis de Kolloniz. &c. Archiater.

30) Joh. Jacob. *Zebriach*, Cæsar. Aulic. Xenodochii Physicus ordinar. qui An. 1701. de Mania s. Præs. in 4to disputavit.

31) Christoph. *Ruck*, Magister sanitatis urbis Viennensis.

32) Joseph. Paul. *Pock*, Phil. & Med. Doct. fundat. Aureo-Mont. Superintendens, Cæsarei Præsidii militaris in urbe Viennensi physicus ordinarius, saluberrimæ artis medicæ Decanus.

33) Franc. Adam. *Habersack*.

34) Joh. Conrad. Adam. *Mannenbach*, Med. & Phil. Doct. Med. Cæsar. aulic. & Physicus Fundationis Billiottanæ.

35) Thom. Mich. *Widmann*, Physicus in domo ad paupertatem redactorum.

36) Maximilian. Wolffgang. *Mannagetta*.

37) Francisc. Xaverius *Pensa*, Magister sanitatis in suburbiis Viennensibus.

38) Ioh.

38) Joh. Adam. *Gerſtner*, Celſiſſ. ac Reverendiſſ. Archiepiſcopi Salisburgenſis perſonæ medicus.

39) Thom. Joſeph. *Pacher*, Phyſicus Tyrolenſis in urbe Bolzano.

40) Joh. Matth. *Mäderer*, Cæſ. Maj. viduæ Amaliæ Wilhelminæ Med. aulicus.

41) Franc. Adam. S. R. I. Eques de *Deimbl*, Præſidii militaris Cæſar. Caſſovienſis in Hungaria ſuperiori Medicus ordinar.

42) Joh. *Walick*, phyſicus Noſocomii ſuburbani, quod vulgo Beckenhäusel vocatur; eſt Judæus converſus.

43) Joſeph Lucas *Caraffa*.

44) Joh. Maurit. *Schoenfelder*, Medic. campeſtris Cæſar. Meſſinæ in Sicilia.

45) Joh. Ignat. *Albrecht*, Eminentiſſ. Cardinal. Czack perſonæ medicus.

46) Heinr. *Jordan*.

47) Matth Dan. *Müller*, Med. Cæſar. aulic.

48) Joh. Georg. Heinr. *Krahwer*, Reg. Majeſt. Princip. hæreditar. Polon. Mariæ Joſephæ Archiater Dresdæ.

49) Joh. Jacob. *Freund de Weyenberg*, Medic. Cæſar. aulic.

50) Ferdinand. Carl. *Nagel*, Medic. provincialis oppidi & monaſterii Benedictinorum, quod Melck, Mölck vocatur, in Auſtria inferiori.

51) Valentin. Stephan. *Georgius*, Phyſic. Cæſ. Tranſilvaniæ.

52) Joh. Franc. *Rauch*, de quo ſupra.

53) Joh. Jacob. *Martini*, Provincial. Med. Badenſis.

54) Pet. *Quarin*, de quo ſupra.

55) Franc. Joſeph. *Wiſer*, Phyſicus Panormi in Sicilia.

56) Franc. Joſeph. Carol. de *Focky*.

57) Joh. Dan. *Hullin*.

58) Caſp Leopold. *Kirchſchläger*, qui 1717. uberes fructus medici Melancholiæ & maniæ in diſſ. inaugural. in fol. defendit.

59) Chriſtoph. *Wittich*, Phyſ. urbis Cremſæ Auſtr. inferioris.

60) Joh. Jacob. *Korner*.

61) Joh Anton. Franc. *Deimbl*.

62) Joh. Thadæus *Pamminger*, qui 1718. diſſ. med. de ſcorbuto ſ. Præſ. in fol. edidit.

63) Joh. Bernh. *Jaus*; 64)

64) Joh. Georg. Paul. *Praun*, An. 1718. de defluxione cardinali i. e. catarrho ſ. Præſ. in fol. diſputavit.

65) Ant. Franc. Xaveri *Grundl*, Phyſicus urbis Morburg in Stiria inferiori.

66) Joſeph. de *Buckheim*.

67) Anton. Chriſtoph. *Dolles*.

68) Jac. Wolff. *Felſeis*.

69) Matth. *Sylverius*.

70) Joh. Carol. *Weber*.

71) Maximilian. *Dam*. †.

72) Joh. Marx. *Angerer*, Phyſicus oppidi Laab Auſtriæ inferioris.

73) Joh. Carol. de *Mietting*.

74) Joh. Baptiſt. *Baſſand*.

75) Franc. Anth. *Rutgers*.

76) Anton. Franc. *Pock*.

77) Primus *Chrismann*, An. 1721. ſine Præſ. de pleuræ pulmonisque affectu i. e. pleuropneumonia in fol. diſſert. inaugural. habuit.

78) Joſeph. Fortunat. *Plöckner*, eôdem anno ſ. Præſ. diſſ. de trifariis disjunctis hydropiſis ſpeciebus in fol. edidit.

79) Phil. Jac. Ignatius *Anderler de Hohenwaldt*, de juncturarum affectu ſ. de Arthritide 1721. ſ. Præſ. in fol. diſſ. habuit.

80) Anton. *Saltzgeber*, eodem anno absque Præſ. in fol. de Dyſenteria diſputavit.

81) Franc. Joſeph. *Czeppel*, Phyſicus Græcii in Stiria inferiori; eod. anno ſ. Præſ. in fol. de apoplexia diſputavit.

82) Franc. Anton. Dominicus *Vogl*, eodem anno absque præſ. in fol de epilepſia diſſ. habuit.

83) Joſeph, Sigismund. *Höltl*. eodem anno in fol. ſ. Præſ. de exulcerato pneumatis lobo ſ. phtyſi diſputavit.

84) Anton. Joſeph. *Reichel*. eodem anno in fol. absque Præſ. de morbo Ileo l. Volvulo i. e. paſſione iliaca diſſ. edidit.

Reſtant adhuc quidam, quorum catalogum in ſequentibus quoque mox accipies. Vale, *Vir Conſultiſſime atque Excellentiſſime*, & favere perge

*TIBI*

Wolffenb, d, 1. Iun. 1730. *addictiſſ.*

BRVCKM.

FRANC. ERNEST. BRVCKMANNI,
MED. DOCT.

# EPISTOLA ITINERARIA XXII.

DE

# MEDICIS VIENNENSIBVS

ANNO MDCCXXIII. MDCCXXIV. MDCCXXV.

EORVMQVE

SCRIPTIS MEDICIS

ET

MEDICINA VIENNENSI,

AD

VIRVM CONSVLTISSIMVM, ATQVE EXCELLENTISSIMVM DOMINVM,

DOMINVM

## CHRIST. GEORG. SCHWALBE,

PHILOS. ET MED. DOCT.

SERENIS. ATQVE REVERENDIS. DVCISSÆ SCLESWICO-HOLSATICÆ ET ABBATISSÆ QVEDLINBVRGENSIS ARCHIATRVM PRIMARIVM, CONSVLEM VRBIS ET MEDICINÆ PRACTICVM QVEDLINBVRG. FELICISSIMVM.

REG. SOC. BEROLINENS. SCIENTIAR. SOCIVM MERITISSIMVM, &c.

*FAVTOREM OMNI HONORVM CVLTV ÆTATEM DEVENERANDVM.*

---

*WOLFFENBVTTELÆ*, MDCCXXX.



# VIR CONSVLTISSIME,
## ATQVE
## EXCELLENTISSIME
## *FAVTOR ET AMICE MAXIME COLENDE!*

---

BRevissimum Medicorum Viennæ Austriæ celebrium catalogum superiori epistola ad Te, *Vir Consultissime*, transmisimus, in præsenti invenies Medicos Cæsar. aulicos, qui sequentes tunc temporis in vivis erant:

1. Domingo *Prian*. 2. Nicol. *Serdenna*.
3. Joseph. *Pugiol*. 4. Adam. Frid. *Krehmer* †.
5. Mich. *Schirmer*. 6. Joh. Jac. *Freund de Weyenberg*.
7. Matth. Dan. *Müller*. 8. Joh. Conrad. Adam. *Mannenbach*.

Sac. Cæs. & Reg. Cathol. Majest. Personæ Archiatri & Consiliarii tunc temporis sequentes numerabantur:

1. And. Jac. *Fack*, Proto-Medicus. 2. Pius Nicol. de *Garelli*.
3. Gabriel *Goly*. 4 Gabriel *Longobardo*.
5. Ferdinand. de *Guarischetti*. 6. Joh. Baptist. de *Garelli*.
7. Franc. Holler de *Doblhoff*. 8. Franc. Frid. *Possinger de Pechernstein*.
9. Carol. Wolffgang. de *Lebzeltern*.

Hi nominati Archiatri tenentur nemini morbo quodam maligno, contagioso v. g dysenteria, variolis, morbillis, febre petechiali &c. decumbenti consiliis suis salutaribus assistere vel præsentes eum invisere, quæ vero ægrotorum visitationes e contra singulis medicis aulicis non inhibitæ, sed potius permissæ sunt.

Vien-

Viennenses Doctores Medicinæ in istos dividuntur, qui sunt in facultate, & istos, qui sunt extra facultatem; prioris classis sunt omnes isti, qui in hac Academia, Viennæ nempe Austriæ, pro gradu doctoris disputaverunt & promoti sunt; vel etiam qui alibi locorum in academia quadam extera gradum Doctoris assumerunt & hic repetiverunt, & sunt pro nunc supra Epist. XXI. memorati Hippocratis filii. Medici in alia, extra Viennensem Austriæ, academia honores medicos adepti, hic Viennæ repetere coacti tenentur, repetitio autem in hoc consistit, una nempe adhuc vice dissertationem in auditorio medico ex cathedra Asclepiadea defendere & cuivis in facultate jam constituto medico duos Ducatos aureos Cremnicenses offerre debent, alias istis facultas praxin medicam ad decumbentium ægrotorum grabatos exercendi non conceditur, nec permittitur, nisi accedat specialis Imperatoris gratia, quæ sola libertatem dispensare potest, repetitio enim, uti vulgo vocatur, 800. florenis, promotio autem medica hic loci 1000. florenis constare solet.

Extra facultatem constituti vocantur, qui Viennæ mitram doctoralem non acceperunt, suntque vel Medici Aulici Cæsar. vel quibus praxis ex speciali Imperatoris gratia permittitur & licita est, horum numerus nostro tempore ad quadraginta accedebat.

Evangelicis medicis praxis non conceditur, quapropter si qui adsunt, nunquam non protectione & tutela legatorum & residentium Evangelicæ fidei addictorum frui coguntur, quatuor tunc temporis aderant, nempe D. Müller, D. Joh. Christoph. Mercklinus, Norimberg. D. Carol. Frid. Löv, Semproniensis, Legationis Suecicæ medicus; D. Lyers, Sereniss. Duc. Hannover. Maximil. archiater. Habitat quoque Viennæ Medicus Græcus, cujus autem nos nomen latet.

Studiosi medicinæ XXV. collegia medica frequentabant, numerus ex his rationibus tam parvus est, quia 1) pretia rerum, domiciliorum, ligni, victus & amictus in magno pretio sunt, admodumque cara; 2) quia festa Apostolorum, Sanctorumque,

quæ hic nulla non ferme hebdomade religioſe celebrantur, magnum ſtudiis impeditum afferunt; qui candidatus medicinæ, abſoluto ſtudiorum curriculo, honores in hac univerſitate a facultate medica ambit doctorales, tres diſſertationes elaborare & defendere ex cathedra tenetur, quarum priores binæ in 4to impreſſæ, cum præſidio, tertia autem, inauguralis vocata in folio imprimitur & absque præſide defenditur, ſolique doctores jam promoti ad opppſitiones invitantur. Qui autem alibi jam promoti ſunt, & hic tantum, uti vocant, repetunt, typis exſcribunt Aphorismum quendam Hippocratis cum analyſi per theſes in folio, forma patente, quibus tantum Doctores argumenta ſua opponunt. Paulus de Sorbait Phil. & Med. D. ejusdemque olim in Univerſitate Viennenſi Prof. primarius, ſacratiſſimæ Imperatricis Eleonoræ perſonæ medicus, ſcripſit modum promovendi doctores in Archylyceo Viennenſi quatuor apologicis diſcurſibus in medicinæ & medicorum encomia exornatum. fol. Viennæ 1679 qui modus videri poteſt in ejus operibus.

Facultas medica Viennenſis neque gaudet Horto botanico Floræque deliciis, neque laboratorio chymico; theatrum anatomicum quidem adeſt, ſed vile & exiguum, quapropter ſtudioſi plerumque rudes in re herbaria, non callent ignem nec furnos chymicos, nec periti ſunt encheiriſium anatomicarum, quod ſecandi corpora ſtudium chirurgis & tonſoribus relinquitur. Memoriam incurrit ſectio quædam cadaveris humani anatomica, quæ D. Doct. & Prof. Rauch, viro doctiſſimo, D. Prim. Chrismann & nobis præſentibus fiebat; corpus mortuum erat mercatoris, qui per quatuor annos vehementiſſima cordis palpitatione, qua etiam demortuus, laboraverat, hoc a chirurgo, veſpertino tempore caudelis accenſis die 3tio Novemb. 1723. plus in modum ciborum (ward mehr trenchirt) quam lege artis anatomicæ perita manu ſecabatur. Cor inventum fuit admodum magnum & craſſum, cujus ventriculi non polypis carnoſis, ſed ſanguine ſaltim congrumato undique referti erant. Omnes Medici aulici titulum habent: Clementes & gratioſi, Ihr Gnaden; doctores

doctores autem medicinæ vocantur : ſtrenui, Ihr Geſtrengen/ die geſtrengen Herrn / geſtrenger Herr.

Ob diætam & genus vitæ vinoſum medicamenta Galenica plus in uſu hic ſunt, quam chymice elaborata. Morbi hic vulgatiſſimi & frequentius obvii ſunt phthiſis & affectus pulmonum, prior, nempe phthiſis, vulgo hinc *morbus Auſtriacus* appellatur, cujus frequentiæ cauſa rejicitur partim in abuſum vini ſulphurati, partim in pulverem platearum, qui aërem athmoſphæricum tempore æſtivo ſereno calido obnubilat, ſerenitatem vultus tollit, per aſperam arteriam pulmonum canales & veſiculas intrat, easque afficit ; partim in lutum, quo hyberno tempore plateæ ſuperfuſæ exiſtunt; partim in ventum, qui hic nunquam non flat & pulmonum veſiculas intrat & exſiccat, Auſtria enim, ſi non eſt ventoſa, eſt venenoſa. Auſtria ventoſa, aut venenoſa, ſi non venenoſa, eſt ſaltim tamen morboſa ; venti hic ſunt tanquam ſcopæ, quæ aërem inquinatum a purgamentis, quæ aliunde contraxit, evertendo liberant. vid. Amiodt Germania in naturæ operibus admiranda. pag. 89. Epilepſia eſt quoque morbus quotidie obvius, hunc incolæ die Fraiſch / das ſchwere Gebrechen vocant.

Quando ægrotant Catholicam fidem ſequentes, hunc vel illum Sanctum, morbique patronum devote & ſupplices invocant, ſi priſtinæ ſanitati bonæque reſtituuntur valetudini, huic vel illi ſancto ad ejus imaginem vel ſtatuam in templo ad altaris latera, vel in ſic dictis ſacris domunculis, Germani Heilig Häußgen vocitant, quarum ad vias publicas plures, & in his Sanctus quidam, offenduntur, iſtam corporis partem, manum, pedem, bracchium, mammas, &c. quæ dolores excitaverunt & morbida exſtiterunt, vel in quibus partibus morbum & dolores paſſi fuere, in memoriam & grati animi ergo ſacrificant & appendunt. Hæc ſimulacra amuleta a divitibus parantur ex auro & argento, a vilioris conditionis homunculis vero ex cera alba, & ad iſtum Sanctum ejusque in honorem erectam ſtatuam, qui ex eorum ſententia & opinione medelam deſideratam precatamque

 attulit,

attulit, apportantur & appenduntur. Alii ſacrificant tantum certas penicillo pictas imagines cum epigraphe: ex voto. Infans ægrotans poſt reſtitutionem in bonam valetudinem appendit ad Sancti cujusdam ſtatuam puſionem ex cera, argento l. auro conflatum; Virgo contra gravi morbo affecta, grabato derelicto, virgunculam ex cera alba fuſam ad ſancti imaginem, qui medelam attuliſſe putatur, in gratiarum actionem devote ſuſpendit. Sic in omnibus ad Auguſtiſſimum Romanorum Imperatorem pertinentibus regnis ampliſſimis provinciisque latis nullam in honorem St. Johannis Nepomuceni erectam ſtatuam, nullum alium Sanctum, nullam ſacram domunculam, nullum ſacellum, nullum templum inveniemus, in quibus & ad quæ non varia iſtiusmodi ſimulacra, amuleta & ſacrificia videnda forent; in quibusdam templis ingens & ſtupendus iſtarum icuncularum aurearum & argentearum theſaurus monſtratur. Parentes quidam, quando morbo quodam infantes afficiuntur & decumbunt, vota pro ægrotis faciunt, ſe velle puerulos, ſi Deus iis vitam prolongare, ſanosque reddere vellet, per unum alterumve annum, imo per tres, quatuor annos, habitu monachorum induere, quare nobis haut raro in his terris Auſtriacis, imo & in Regno Bohemiæ, infantes parvuli veſtitu Franciſcanorum, Capucinorum, Jeſuitarum circumdati, obviam facti ſunt.

Quando vero Catholici animam efflant & e mortali vita diſcedunt, ſtatim caudela ad demortuorum corpus accenſa ponitur, diesque noctesque, quamdiu ſupra terram cadavera manent, flammans ſervatur; huic porro vaſculum aqua luſtrali repletum additur; in loculo ſepulchrali roſarium in manu tenet mortuus, ad latus ejus liber quidam bonarum precum, quem vivus in uſu habuit, offenditur. Candela cuilibet in memoriam mortalitatem revocare debet, quodque vita humana fragilis, citius candela, emori poſſit. Officinas Vienna pharmaceuticas quindecim habet, quarum duodecim in urbe, tres extra urbem in ſuburbiis; nec monaſteria ſuis deſtituuntur pharmacopoliis, in quibus vero res & materiæ medicæ nullæ venales proſtant.

Sin-

Singulæ officinæ quotannis una vice a quibusdam medicinæ doctoribus visitantur, quorum cuilibet a pharmacopola pro labore & visitatione Ducatus aureus offertur, simulque convivium celebratur lautum. In quadam ex his officinis integrum Mumiæ cadaver, de quo Joh. Basil. Küchelbecker in der allerneuesten Nachricht vom Römisch-Kayserl. Hofe Part. II. p. 710. 734. legendus, optimo balsamo ante secula in Ægypto conditum admiratur.

Quemadmodum maxima pars domorum Viennensium & cadurcorum, in quibus mercatores merces suas exposuere, peculiare signum in tabula lignea pictum ante fores suspensum habet, non aliter ac in aliis Germaniæ oppidis diversoria habere solent, in quo animal quoddam, avis, columba, ursus, ciconia, stella &c. picta, quarum picturarum quædam revera res admodum absurdas monstrant, v. g. den blauen Herr Gott / die güldene Taube / die silberne Rose ꝛc. sic & omnes obstetrices ante fores domus peculiare signum, puerperam in lecto decumbentem & obstetricem infantem post partum in mensa lavantem & tractantem pictas exhibens, suspensum habent.

Dissertationes reliquas medicas Viennenses, nobis notas, brevissimis annectere placet: die 18. Nov. 1724. supra laude dignus memoratus Prof. Med. Rauch disputationem in 4to habuit, cui rubrica: Historia physico-medica aquæ fontanæ urbis Viennensis. Resp. Haider. Joh. Stephan. Zannuti seqnentes in 4to typis evulgavit:

1. De calore innato & humido radicali. Resp. Paminger. 1715.
2 De Humoribus. Resp. Seber. 1715.
3. De Crisibus & diebus decretoriis. Resp. Paminger. 1716.
4. De motu locali atque progressivo. Resp. Chrismann. 1717.
5. De Musculi fibræque operatione læsa. Resp. eod. 1718.
6. De prædictionibus morborum in genere. ℞. Hoffenthaler. 1719
7. De symptomatibus in genere. Resp. Plöckner. 17 9.
8. De morbis complicatis. Resp. Hohenwald 1719.
9. De morbis organicis in genere. Resp. Czeppel. 1719.
10. De potentia, cui inest vocum & soni sedes, s. de auditus organo. Resp. Hoffenthaler. 1719.

11. De

11. De proprio ac conſtanti ſanguinis motu progreſſivo ſ. de circulatione ſanguinis. Reſp. Höltl. 1720.

Frid Ferdinand. *Illmer* ſequentes elaboravit in 4to:

1. De cacochymia. Reſp. Traut. 1691.
2. De Conſtitutione, uſu & actione naturali lienis Reſp. Focky. 1691.
3. De Conſtitutione, uſu & actione naturali hepatis. Reſp. Managetta. 1692.
4. De calculis microcoſmi. Reſp. Panenka 1692.
5. De facultatibus in genere & in ſpecie. Reſp. Berninger. 1694.
6. De ſtructura oculorum. Reſp. Suttner. 1697.
7. De Catarrho. Reſp. Luz. 1697.
8. De generalibus morborum cauſis plethora & cacochymia. Reſp. Plöckner. 1697.
9. De Mania. Reſp. Seinicher. 1697.
10. De febre continua putrida periodica. Reſp. Vogel. 1697.

Jac. Ignatius *Focky* 1694. in 4to ſ. P. de Mania diſputavit.

Martin. Anton. von *Drabn* ſequentes concinnavit in 4to diſſ.

1. De Cachexia. ℞. Scholtz. 1696. 2. De Dyſpepſia. ℞. Grevenbr 1697.
3. De Venenis. ℞. Loick. 1698. 4. De Sudore. ℞. eod. 1700.

Carol Joh Franc. Vogel in 4t. ſ. P. 1698. de apoplexia; Jacob. Henr. Kielmann. 1666. in 4t ſ. P. de Hydrope, in ſpecie de aſcite; Pet. Seinicher. 1698. ſ. P. in 4t. de Ictero flavo; Joh. Franc. Faber ſ. P. in 4t. 1698 de Hemoptyſi; Chriſt. Luz, ſ P. 1698. in 4t. de Angina diſputarunt.

Joh. Jac. Kerner, ut & omnes ſequentes in fol. ſ. P. diſſertationes habuerunt, & hic quidem de variolis & morbillis 1717. Adam. Frid Kremer 1720. ægrum fictum exhibuit; Joh. Chriſtoph. Franc. Wittich, 1718. de febribus in genere, in ſpecie malignis & peſtilentibus.

Vale Reliquum, *Vir Conſultiſſime atque Excellentiſſime*, vive quam feliciſſime, & me *Tuæ* eruditionis & virtutum cultorem & admiratorem fovere ne ceſſa. Vale iterum.

ſcrib. Wolffenb. d. 1. Julii 1730.

# FRANC. ERNEST. BRVCKMANNI,
MED. DOCT.

# EPISTOLA ITINERARIA XXIII.
DE

# ALGA SACCHARIFERA, POLYPO MARINO PETRIFACTO, KAKERLACKEN, FRVTICE KOSZODREWINA ET ARBORE LIMBOWE DREWO.

AD

*VIRVM NOBILISSIMVM, EXPERIENTISSIMVM, DOCTISSIMVM AMPLISSIMVMQVE DOMINVM,*

DOMINVM

## J. H. MEVSCHEN,

DOCTOR MEDICINÆ EJVSDEMQVE PRACTICVM INCLYTÆ VRBIS OSNABRVGENSIS CELEBERRIMVM, PHYSICVM ET RERVM NATVRALIVM SCRVTATOREM SEDVLVM, FAVTOREM ET AMICVM HONORATISSIMVM AMANTISSIMVM.

*Cum Figur. æneis.*

*WOLFFENBVTTELÆ*, MDCCXXX.

## VIR NOBILISSIME ATQVE DOCTISSIME, FAVTOR ET AMICE ÆSTVMATISSIME!

HAud ignota *Tibi*, *Vir Nobilissime atque Doctissime*, erunt, quæ Thom. Bartholinus & Borrichius in Diss. de Natura dulcedinis, quæ in fasciculo dissertat. Tom. II. Diss. II. p. 62. extat, de *Alga sacharifera Islandica* memoriæ tradiderunt, & prior quidem de hac dulci planta Vol. I. Actor. med. & philosophicor. Hafniens. p. 120. obs. 53. Vol. III. p. 172. obs. 88. & 94. Vol. IV. p. 160. obs. 56. Sequentia habet notatu digna: *Alga saccharifera Islandica edulis suavissimaque, nascitur in Mari Islandico; hæc, ubi a marinis fluctibus in littus rejecta, aliquandiu jacuit, sensim proliciente solis calore, salinis hinc inde grumis obducitur, qui cum dulcedine sua gratissima linquæ blandiuntur, ab accolis colliguntur sollicite; ut inter epulas sacchari vicem impleant; algam hanc saccharum parientem acetariorum loco mensis inferunt ne sic quidem insuavem. &c. Alga hæc non fert saccharum, aut huic simile quid, nisi primum aliquantulum edulcoretur aqua communi, hinc exsiccetur & ab aere libero, in loco arido, semestri tempore conservetur; in Julio maturescit; flores & semina in eo nunquam observata, radix ut plurimum lapidibus adhæret, avulsisque uno anno foliis, ex eadem radice anno sequente nova renascuntur, &c. hanc plantam cum butyro comedunt Islandi, innascitur saxis in fundo maris, propemodum ut Quercus marina, ubi primum ad littus allisa est a fluctibus, nuda conspicitur omni saccharo, sed in ædibus relicta, paulatim tota folia sua, quæ ampla sunt & porosa, more Hyperici, aspergine quadem farinæ dulcissimæ obteguntur, Islandis* **Söll** *dicitur; lætissimum ovibus pabulum, quas ita saginat, ut præ pinguedine nimia caro earundem delicatioribus fastidiatur; folia hinc inde purpurascunt, atque adeo firmæ compactæque sunt substantiæ, ut si poros oculis patentes excipias, credas te tunicam allantoidem intueri; non educunt autem saccharum, nisi prius vel aqua fontana vel pluvia irrigata & post aliquandiu in loco ficciori sibi relicta, &c. cum Figur. hujus plantæ.* **An den See-Steinen in Island klebt** *Alga*, **Meergraß/ so in Frühling gesammlet/ in Wasser etwas getunckt und gedörrt/ in höltzernen Geschirren verwahret wird/ worinn es mit der Zeit begint weiß zu werden/ und wird mit Butter gegessen/ schmeckt annmuhtig süsse. Es ist dem** *Algæ vitriariorum angustifoliæ* **nicht sehr ungleich/ nur daß die Blätter safftiger sind/ und die Farbe gelblich**

 ist.

ist. Wenn die Seewogen es ans Ufer werffen / und eine Weile an der Sonne liegt / wirds gleichsam wie mit Meel bestreuet / so daß es wie Zucker schmeckt / auch an statt dessen gebraucht wird. Sie mischen auch solche *Algam* ehe der Zucker noch von der Sonnen angelocket wird unter die Salläter / so nicht übel schmeckt. Die Schaafe fressens sehr gerne / welche es dermassen mästet / daß / wegen allzu vielen Fettes offtmahls das Fleisch eckelicht wird.

Hæc sufficiant de *Alga saccharifera Islandica*; littora, quæ Hollandiæ Provincias alluunt, aliam adhuc *algam*, a priori plane distantem, dant *sacchariferam*, cujus primus inventor merito post mortem celebratur, egregius juvenis optimæ spei, Med. Candidatus, Wehrkamp, qui istam primo ex maris fluctibus ereptam in museo suo per tempus suspensam habuit, quo demum saccharum, nive candidius, non sine summa omnium admiratione, instar pruinæ congelatæ in omnibus & singulis hujus plantæ foliis in apricum venit, non aliter ac si brumali tempore omnia pruina candida incrustata & obducta cernuntur; inscii hujus mirandi phoenomeni certe jurarent interdum, veram se in hac alga videre pruinam, nisi tempus calidum, æstivoautumnale, locus & museum, in quo suspensa erant folia, sapor gratus & dulcis aliud docuissent, & monstrassent putatitiam pruinam in his plantarum foliis esse saccharum, mannam vel mel aereum ad folia optime crystallisatum. Hæc planta a Botanicis alias vocatur *Fucus marinus alter angustifolius tuberculis paucissimis, vesiculis longis siliquarum æmulis Raji, P. P. & Tournef.* seu *Fucus marinus quartus* Dodon. Figuram hujus plantæ vid. in apposita Tab. I. Fig. I. Character hujus potest esse sequens: *Alga saccharifera Wehrkampii* est planta marina, flore & semine carens, vel saltim flore minus conspicuo, cujus nec petala nec stamina hactenus detecta sunt, instructa folia habens membranacea angusta & tubercula hinc inde longa vesiculosa, siliquarum æmula, in fundo maris planta saxis & silicibus aliisque rebus obviis innascitur, extra aquam protracta a sale saccharino aereo, quasi saccharo albo, incrustatur.

TAB. I. FIG. I.

Dulcedinem suam certe hæc planta ex aere habet, hanc autem in aere dari & inveniri experimenta plurima non raro testantur, conferatur quoque Borrichii diss. de natura dulcedinis p. 62. Tempore autumnali interdum impr. calido, sæpius aer scatet ejusmodi melle aereo, in variis tunc rebus obvio, & istud saccharum aereum tunc temporis quoque incrustat hanc extra aquam marinam positam plantam ejusque frigida folia, *Alga* enim dicta *saccharifera Wehrkampii* est saporis nauseosi salini, quæ nullum in se continet saccharum, nec ex se & succo suo dare potest, nulla gaudet dulcedine grata, ergo pruina saccharina folia incrustans aliunde, nempe ex

aere,

aere, optime deducenda venit. Hoc saccharum aereum se admovet foliis plantæ succulentæ frigidis, quæ nonsolum, instar Kali, specierum, salina sunt, sed etiam per integram suam substantiam sale marino imprægnata & repleta existunt. Et hoc verum esse, exinde apparet: beat. Dom. Wehrkamp ex littoribus Katwykcensibus hanc plantam domum apportans, nihil unquam in ista nec sacchari, nec dulcedinis observavit, sola dulci & communi aqua ab Adhærentibus impuritatibus & arena lavavit, &, ut siccaretur, de trabe ad parietes in hypocausto suo suspendit; post dies quatuordecim forte plantam aspicit, & insolitum in ea saccharum dulce & album offendit & miratur. Has sacchari crystallulos cultri subtilis acie abrasit & capsula quadam servavit. Sequens phœnomenon maxime mirandum est: nam saccharum per integras iniquas hyemes semper de novo plus vice simplici, veteri abraso saccharo, huic plantæ (uti & pluribus aliis diversarum specierum Algis & Fucis marinis, sed non in magna copia) se apponebat & crystallisabat, sed nunquam tam copiose, quam prima vice, sub initium autumni, factum fuerat.

Hoc quoque notandum, quod hæ mirandæ sacchari crystalli microscopio consideratæ, non aliam præ se ferrent faciem, quam pruina habere assolet. Sapor hujus sacchari in Alga collecti dulcedine sua grata non recedit ab aliis sacchari ex arundine cocti speciebus. Non hæc tantum Algæ species, à beat. Dom, Wehrkampio inventa, sed & quædam aliæ plantæ marinæ, Algæ & Fuci id saccharum interdum præbent, sed non ea copia, qua *Alga saccharifera Wehrkampii.* Præterea non omni tempore hæc Alga saccharum exhibet, vel non omni tempore mel aëreum in ea crystallisatum inveniendum & colligendum, sed tempus certum & certus temperatus quidam ad hujus sacchari generationem adaptatus aër, fervidus inpr. symbolum suum confert, uti & idem observandum in generatione Mannæ arboreæ Italicæ, Hispanicæ, Gallicæ, Syriacæ, Persicæ, &c. quæ juxta Neotericorum opinionem, non succus vegetabilis est arborum, Orni, Juniperi, Fraxini &c. sed potius mel aëreum, quod non tantum quoque in aliis arboribus non nominatis, sed etiam in variis herbis, lapidibus & multis aliis diversis rebus obviam reperiundum est, testibus Ant. Deusingio fascicul. dissert. select. Tit. de Manna & Saccharo. it. Engelbert. Kämpffero in amœn. exotic. it. Fr. Ang. à St Joseph. Pharmacop. Persic. p. 361. 362. 363: &c. sub titulo Schakar El Ma-Ascher. vid. Matthiol. in Dioscorid. L. 1. c. 37. Garz. ab Horto aromatum & simplicium medic. Hist. L. 1. c. XI. It. Serap. de simpl. medic. c. 2. &c. Avicenna L. 2. Canon. cap. de Tereniabin. Ex his materiæ medicæ autoribus abunde patet, generationem Mannæ, & quidem quod ad ortum & genesin, adhuc valde obscuram esse, nec facile credendum,

esse succum condensatum, inspissatum plantæ cujusdam foliorum, v. g. Orni, Fraxini, &c. Mel aëreum quoque, quod Germani Meilthau vocant, nobis aliud persuadet, hoc quoque est species Mannæ, & variis se plantis, v. g. foliis fabarum succulentis & frigidis it. Tiliæ, Cerasorum, prunorum, &c. insidet, cum sæpenumero aliæ vicinæ herbæ & arbores juxta & pone hæc vegetabilia crescant, in quas mel dictum aëreum non cadit. Si cupis videre analogum quid sacchari vel Mannæ, aspice pruna, cerasa, poma, pyra &c. in furno torrefacta, hæc, non sine admiratione, post aliquot menses tractumque temporis in superficie, non aliter ac in Algæ foliis, candidum saccharum, farinæ albæ instar, exhibebunt, quod hujus phœnomeni inscii situm esse existimant, cum tamen potius & revera sit saccharum aëreum vel mel tale. Helmontius, chemicis experimentis diu innutritus, lib. de Arbore vitæ, inquit: Rorem per analysin partium examinavi, salem saccharinum dabat magnis morbis opitulantem. Rorem foliis arborum æstivis mensibus insidentem dulcissimum, glutinosum, splendidum in hortis nonnunquam collegimus, qui ros æstiva coctura manna evadit; Et sic fit saccharum in Alga saccharifera non ex succo nauseoso salino plantæ, sed ex aëre, & est & manet mel vel saccharum aëreum in foliis plantæ frigidis condensatum & quasi crystallisatum. Eadem Tabula I. Fig. III. *Tibi, Vir*

TAB. I. FIG. III. *nobilissime atque doctissime*, exhibet lapidem quendam figuratum, non vulgarem, sed admodum rarum, in agro quodam ad Steme, pagum Episcopatus Paderbornensis, a Dom. Kœnig, Med. Doct. Osterodensi, repertum & nobiscum communicatum, quem adhuc in memoriam ejus in museo nostro asservamus, quemque pro Polypi marini quadam specie vel saltim pro animali adhuc ignoto alicujus conchæ marinæ habemus, ulteriorem autem ejus & veram inquisitionem accolis maris curiosis relinquimus merito, quibus non deest occasio quotidie ferme videndi & examinandi corpora & animalia varia marina, an forsan inter ista quoddam huic analogum invenire & orbi erudito curioso communicare possent animalculum? Corpus hujus lapidis ex utroque latere tres habet lobos striatos, & infra tres appendices punctatas, substantia interior est alba, selenitica vel spathum album, color externus per totam peripheriam est brunnus. Celeberrimus Lipsiensium Apothecarius & Acad. Cæs. Nat. Curios. Collega meritiss. Dom. Joh. Heinr. Linck, amicus noster optimus, ante sex & quod excurrit annos,

TAB. II Num. I. II. III. IV. V. VI. VII. & VIII. hujus lapidis quædam specimina, non tantum ex cera figurata, sed & æri incisa, quæ hic in Tabula IIda videnda, cum sedulis curiosarum rerum naturalium collectoribus communicavit, petiitque per literas, ut in ejus naturam, quale esset petrifactum? & unde esset? an marinum? inquirerent, quod autem huc usque nondum factum & detectum scimus.

Eadem

Eadem Tab. I. Fig. II. monſtrat inſectum Indiæ Orientalis ſcarabæiforme ex albo-brunnum, bicorne, ſex pedibus hamatis donatum, Indis *Kackerlac*, *Kackerlacke* & *Gackerlacke* dictum. Hoc inſectulum, in magnitudine naturali adpictum, corrodit non tantum dentibus acutis præduris ligna, ſed & ferramenta in navibus obvia ſolidiſſima & duriſſima. Scarabæum hunc Bremæ à mercatore quodam, qui iſtum vivum in prægrandi quadam ciſta, foliis Thée bout repleta, & noviter ex India Orientali allata, offendit, vivum accepimus læte ſaltantem; per aliquot ſeptimanas iſti mercator dictus jam ſiliginem & piſa Batavorum gryſea magna in cibum porrexerat, apud nos autem ſcatula foramine longiori parvo in operculo pro admiſſione aëris inſtructa incluſus, alimentum dictum non amplius appetiit, ſed de die in diem triſtior redditus ſpatio octidui vivus eſſe deſiit, & pro nunc in ſpiritu vini à corruptione & putredine liber ſervatur. Mare Surattenſe, die Surat-See dictum, inſecta admodum nociva alit, quæ navium carinas & ſentinas arrodunt foraminibusque plenas, cum navium quandoque ruina & interitu, reddunt. Ern. Chriſtoph. Barchewitz in itinerario ſuo Indiæ Orientalis p. 357. ſequentia de his valde nocivis annotavit inſectis: „Die *Gackerlacken* in Oſt-Indien ſind faſt wie Kreutz-Käffer „geſtallt/ doch nicht ſo dicke; es iſt ein ſchädliches Ungezieffer/ das im Stau„be wächſet/ wenn man die Kaſten nicht ſauber hält/ wachſen ſie auch darin„nen/ und zerfreſſen das leinene Geräthe/ noch ſchlimmer als bey uns die Mot„ten das Wollen. Autor anonymus inquit: quod *Kackerlac* ſint ſpecies ſcarabæorum in Malacca, qui de nocte ſurgerent, longe lateque vagarentur & oberrarent, de die autem quieti ſomno dulci indulgerent, nec viſui unquam obviam irent; vid. quoque Kolbens Caput bonæ ſpei hodiernum p. 224. qui dicit, quod inſecta Europæa nigra & fœtentia, Schwaben/ Roſt- oder Ruſt-Würmer (quia fuliginem amarent & circa caminos fornacum habitarent) dicta, per totam Orientalem Indiam *Kackerlacken* vocarentur. Et Walter Schultze in Itinerario Indiæ Orientalis p. 234. hoc inſectum *Barattes* nominat, ſcarabæo ſimile, in navibus vetuſtis obvium interdum numero plus millenario, comedens libros, chartam, veſtimenta, mel, ſaccharum, imo & omnis generis merces, ponens ova ad inſtar phaſeolorum parvorum. In planta Ananaſa inſecta quædam ſcarabæiformia, quoque *Cackerlacken* dicta, reperiuntur, quæ Maria Sibylla Merian in metamorphoſ. inſector. Surinamenſ. Tab. II. eleganter & affabre æri incidit, ſed hæc à noſtro deſcripto animalculo plane abeunt & recedunt.

TAB. I. FIG. II.

Tab. III. Fig. I. monſtrat ramum fruticis Hungarici *Koszodrewina* cum ſuis foliis acutis ex ſic dictis montibus Carpathicis deſumtum, ex quo Hungari ſic dictum Balſamum Hungaricum, Germ. Krummholtz-Oehl/ parant.

TAB. III. FIG. I.

Fig. II.

FIG. II. Fig. II. ſiſtit ramum arboris Hungaricæ *Limbowe Drewo* dictæ, quæ incolis dat æque Balſamum nativum & artefactum ſeu Oleum ex Libano & varia alia medicamenta, fructumque coniformem cum nucleis edulibus
FIG. III. & IV. Fig. III. & IV. videndis, qui Pineolis Italorum non abſimiles & Magnatum Procerumque Hungariæ menſis ſecundis apponuntur, easdem habent virtutes nutritivas & eundem uſum medicum, ac Pineoli Italici, excorticati enim & à pellicula mundati nuclei, albi & oleoſi optime corpus nutriunt, ſemen augent, hectica & phthiſi decumbentibus ſolatium afferunt, bonumque ſuccum nutritium addunt. Cum autem de his duabus plantis, *Krummholtz* & *Limbaum*, harumque balſamis & fructu, jam Anno 1727. in duobus peculiaribus ſpeciminibus egerimus, in præſenti plura de iſtis addere ſuperſedemus, præter hoc peculiare, nempe quod in arbore Limbowe Drewo ex thecis foliorum omnibus & ſingulis nunquam non quinque acus ſeu folia acuta, acus referentia, exeant. P. Gabriel. Rzaczynski Hiſt. Nat. Cur. Regni Polon. Tractat. VII. Sect. II. §. VIII. IX. p. 197. ſequentia de *frutice Carpathico* & *Pinu Carpathica* notavit: „*Limba* lingua vernacula „Polonica, nam non occurrit Latinum nomen arbori huic imponendum, „ſimilis Pino ſylveſtri aſſurgit, inter montes Carpatios. Ex ejus baccis con„tuſis, (*valde errat autor, arbor non fert baccas, ſed conos nucleis edulibus prægnantes, ex quibus nullum exprimitur oleum*) „vel ſummitatibus conciſis elici„tur oleum, ab accolis illorum montium, vocaturque *Limbowy Oleick*, con„tra affectus varios. Ciſtis fabricatis ex ligno, dum recens eſt odorato, res „incluſæ non concipiunt tineas, neque ab illis abſumuntur.

„*Pinaſter Bellonii* in arboribus coniferis p. 17. & ſequenti deſcriptus; *Pi„nus ſylveſtris montana tertia Bauhini*, putatur eſſe arbor illa conifera & reſi„nifera in Carpatiis jugis naſcens, quæ Germanis Krummholtz, Polonis „*Krempulec*, *Koſodrzewina*. Ex hujus arboris reſina liquida oleum deſtillatur dictum *Balſamum Carpaticum*, Germ. Krummholtz Oehl de quo inquit Breynius Doct. Med. Gedani, in Cent. VII. Ephemerid. ab Acad. Cæſ. Leopold. editar. Hungarus quidam, forte ex tractatu M.SS. Chriſtiani ab Hortis, Medici &c.

Alias alia ſcribamus. Interea, *Vir nobiliſſime atque Doctiſſime*, vive, vale & nos ama. Wolff. d. 1. Auguſt. 1730.



FRANC. ERNEST. BRVCKMANNI,
MED. DOCT.

# EPISTOLA ITINERARIA XXIV.
DE

# MARMORE VARIORVM LOCORVM

AD

*VIRVM NOBILISSIMVM, CLARISSIMVM*
ATQVE
*DOCTISSIMVM DOMINVM,*

D O M I N V M

# ALBERTVM RITTER,

REGII LYCEI ILFELDIACI AD FAVCES SYLVÆ HERCYNIÆ
COLLEGAM ET CONRECTOREM,
PRÆCEPTOREM QVONDAM DEXTERRIMVM
NVNC
*AMICVM ET FAVTOREM COLENDISSIMVM.*



*WOLFFENBVTTELÆ,* MDCCXXX.



## *VIR NOBILISSIME ATQVE DOCTISSIME,*

### *FAVTOR ET AMICE ÆSTVMATISSIME!*

QVAM a nobis cupis, Vir Nobiliſſime atque Doctiſſime deſignationem Marmorum & Alabaſtrorum in itineribus partim, partim per literas ab amicis & curioſis ſedulisque lapidum amatoribus collectorum, libenter communicamus, ſunt autem ſequentia in ſupellectili noſtra parva lapidea hic Wolffenbüttelæ videnda, priora Num. LXV. quæ recenſentur, omnia inveniuntur & inventa ſunt in ſic dicto *monte Pinifero*, am Fichtelberg/ proſtant ſingula polita & optime lævigata ad amuſſim figura quadrata facta & exaſciata:

1. Marmor ſe exhibet egregium ſplendidumque, lutei coloris, ex monte Streitberg dicto.

2. Marmor ex albo luteum intermixtis, curioſo ſpectaculo, albis plumis, ad inſtar tunicarum in faſciculos collectarum; gilblicher Marmor mit sehr curiösen weissen Federn/ wie Püschel-Nelcken; hoc interdum in lapicidinis calcariis ad officinam laterariam intra Leütendorff & *Redwitz* obvium venit; albæ iſtæ figuratæ plumæ in hoc marmore ſunt nihil aliud, quam intermixta fruſtula calcis rativæ.

3. Idem coloris parum ad brunnum vergentis, etwas bräuner/ ſed optime, ut antecedens, figuratum, ejusdem loci.

4. Clare lucideque viridis, egregieque nubibus tectus marmoratus lapis nephriticus de Lichtenberg territorii montani & Præfecturæ metallicæ *Neylauenſis*, Lichtgrüner und unvergleichlich schön wolckigt-marmorirter lapis Nephriticus von Lichtenberg/ Neylauer Berg-Amts Refier.

 5. Mar-

5. Marmor serpentinum egregie viride & parvis punctulis notatum, schön grün und zart gedipffelter Serpentin-Stein/ ex superiori fodina *Rohrenhoffensi*, non procul *Gold-Cronach*.

6. Idem parum obscurius ex dixto loco, etwas dunckeler.

7. Idem subtilissimas nigras venulas repræsentans, mit gantz subtilen schwartzen Aderlein/ ibidem effossum.

8. Lapis serpentinus egregius nubeculis viridibus atrisque distinctus, grün und schwartz gewölckigter sehr schöner Serpentin-Stein/ ibidem cæsus.

9. Idem striatus, gestreiffter/ de Ober-Kotzau auf der Nägelein Leiten.

10. Idem admodum obscure-viridibus & nigris striis notatus ex lapicidina inferiori post saltuum domum hinter dem Forsthause bey Röhrenhoff/ non procul ab urbe Gold-Cronach.

11. Idem nubibus marmoratus, gewölckigt marmorirt/ ex eod. loco.

12. Idem admodum rarus, ob ramenta ferri nativi puri hinc inde intermixta, mit eingesprengten Maßiv gewachsenen Eisen/ so was besonder rares/ ex eadem lapicidina.

13. Idem obscure viridis & ferme nigri coloris, gantz dunckelgrün und fast ins schwartze fallender sehr zarter Serpentin-Stein/ ejusdem loci.

14. Clare lucideque gryseum & clare lucideque brunnum, nubibus tectum marmor, interspersis parvis clare lucideque rubris guttulis, hellgrau und Lichtbraun gewölckter Marmor/ mit gantz zarten hellrothen Tröpfflein/ ex lapicidina Seydelsbruch dicta auf der so genandten Geigen/ *Curia Variscorum* unica distans hora.

15. Clare lucideque brunnum Marmor, subtilibus gryseis venulis distinctum, lichtbrauner mit zarten grauen Aederlein/ ex eodem loco.

16. Marmor egregium coloris punicei, curiosis nigris figuris notatum, schön brauner mit artigen schwartzen Zeichnungen/ effoditur ad laterariam urbis *Curiæ Variscorum*.

17. Obscure brunnum nubeculis gryseis & rubicundis speculis figuratum, dunckelbraun und grauwolckigter Marmor mit röhtlichen Spiegeln/ ex lapicidina inferiori auf der Geigen/ non procul *Curia Variscorum*.

18 Egregium pallideque rubicundum, dictum Spiegelfleckigter Marmor ex Seidelsbruch/ ejusdem loci.

19. Rubri carneique coloris, venis & maculis albidis & atrogryseis, admodum rarum marmor, foditur in magnis frustis in Præfectura *Thierbachcensi.*

20. Clare lucideque rubrum, maculis albis distinctum, hellroth und weiß gesprenckelt vortreflich schöner Marmor/ ejusdem Præfecturæ.

21. Brunnis & obscure-luteis nubeculis admodum miras & curiosas repræsentantibus figuras notatum marmor, braun und dunckelgelb gewölckter sehr artige Figuren præsentirender Marmor/ cujus lapicidina est ad pagum Gattendorff/ qui dimidia hora *Curia Variscorum* distat.

22. Idem Paulo obscurius, etwas dunckeler/ ejusd. loci.

23. Marmor egregium, saturate rubicundum; instar speculi potitum, brunnis & obscure atris venulis, hochroht mit braun und dunckelschwartzen Adern/ ex Seydelsbruch auf der Geigen ad urbem *Curiæ Variscorum.*

24. Nivis instar candidum, egregie splendentibus maculis distinctum, ex marmoris fodina post molam pratensem, quæ ab urbe *Wonsidelia* quadrante horæ tantum distat.

25. Idem ex albo gryseum ex lapicidina calcaria ad campum jaculatorium, bey der Schießhütten, dictæ urbis.

26. Marmor coloris lucii piscis & striis atris aëreis figuratum, Hechtgrauer und wie schwartz-gestreiffte Lufft gezeichneter/ ex superiori fodina calcaria ad *Leitendorff.*

27. Obscure-gryseis striis notatum, dunckelgrau gestreiffter Marmor/ ex lapicidina calcaria ad *Waltershofium.*

28. Idem venis albis, quod eruitur ex fodina calcarii lapidis ad officinam laterariam super *Redwitz* versus *Waltershofium.*

29. Clare lucideque & obscure gryseum, speculi instar politum optimæ notæ marmor, Licht und dunckelgrau schön spieglichter Marmor/quod hic loci ordinariæ usum habet ad struendos muros & sternenda pavimenta viasque publicas, foditur ad officinam laterariam *Curiensem.*

 30. Ci-

30. Cinerei vel vulgo dicti coloris aſinini, Aſchen- oder insgemein Eſelfarber und grauſpieglichter Marmor / ex *Eigelberg.*

31. Idem venis nigris, uti & gryſeis albisque ſpeculis notatum, auf der Geigen *ad Curiam Variſcorum* repertum.

32. Clare lucideque gryſeum, venis obſcure-gryſeis & guttulis ſanguineis rubicundis, rohten Blut-Tropffen / ex Eigelberg.

33. Idem præſtantiſſimum venis albis & nigris, guttisque ſaturate rubris ſanguineis notatum, ejusdem loci.

34. Marmor cinereum lineis venulisque admodum ſubtilibus nigris; cæditur poſt domum artificis, qui *Curiæ Variſcorum* ad pontem dictum lapideum ſaxa marmorea lege artis polit & perficit, hinter des Marmor-Meiſters Hauß.

35. Idem nubeculis nigris, ejusdem loci.

36. Marmor ex omni parte nigrum, perpaucis albis venulis diſtinctum, de Dreſendorff ad *Variſcorum curiam* im Kotzauiſchen Lehen.

37. Alabaſtrum, candidum quidem, non tamen nivis nitore, interim tamen egregie marmoratum, non procul ab urbe *Byrutho* cæſum.

38. Idem ſtriis craſſis (mit ſtarcken Streiffen) Spatheis albis & brunnis, ejusdem loci.

39. Admodum clare lucideque pryſeum Marmor, venulis viridicantibus, ex ſic dicto loco *Geigen ad Curiam Variſcor.*

40. Idem venulis ad coeruleum vergentibus admodum curioſe notatum. Ej. loci.

41. Marmor præſtantiſſimum, cujus fundus clare lucideque gryſeus eſt, maculis carnei coloris, venulis viridibus, qualem in Acanthide ave, Zeiſig, obſervare licet colorem, mit Zeiſig-grünen Adern, & guttulis clare lucideque brunnis diſtin. ej. loci.

42. Album & gryſeum coloris lucii piſcis, Hechtgrau, egregie nubeculis notatum marmor, quod rariſſime & in peculiari tantum terræ & lapidum fiſſura ad pontem lapideum urbis *Curienſis* cæditur.

43. Idem maculis nigris & luteis, ejusd. loci.

44. Album, juxta ac clare lucideque & obſcure gryſeum, fluminis inſtar egregie & rare figuratum, ſchön geſtrömt. ej. loci.

45. Marmor

45. Marmor nuper adeo detectum, cujus fundus colorem cinereum, ſtriis nigris partim admodum ſubtilibus, partim vero & craſſioribus, exhibet, *Zellam* inter & *Sparneck* foſſum. Uſum non alium habet, quam ad calcem ex eo conficiendam, quod certe dolendum.

46. Marmor maculis gryſeis nigrisque, variis egregiis floribus Marcaſitæ & Pyritæ aurei vel lutei refertum, cujus fodina ad montem Lemmerberg dictum Præfecturæ metallicæ *Neylauenſis* invenienda. Hoc marmor inter omnia, quæ ad *montem Piniferum* & totam ejus viciniam hactenus fodiuntur, præſtantiſſimum, duriſſimum & rariſſimum cenſetur.

47. Marmor flammeum, ex omni parte flavum, maculis nivis inſtar candentibus, geflammter mit Schnee-weiſſen Flecken/ ad *Streitberg* effoſſum; hæc lapidis ſpecies magno in pretio habetur.

48. Egregie ſpeculi politi inſtar ſplendidum marmor, ſchön ſpieglichter / cujus fundus, quod ad unam dimidiam, brunni, quod ad alteram dimidiam, vero, gryſei coloris eſt, venulis cœruleis, ex *Seydelsbruch* ad *Curiam Variſcorum*.

49. Clare lucideque brunnum marmor, venulis viridicantibus, ex loco *Geigen* dicto ad *Curiam Variſcor*.

50. Marmor nubeculis brunnis & cœruleis notatum, punctulisque parvis & ſubtilibus nigris refertum, ejusdem loci.

51. Præſtantiſſimum marmor, omni ex parte ex rubro-brunnum, quod nihil certe a celebratiſſimo Salisburgenſium lapide marmoreo recedit, cujus locus natalis eſt *Seydelsbruch ad Curiam*.

52. Marmor egregium, in quo colores cani, brunni, clare lucideque rubri mirando naturæ penicillo artificioſiſſime inter ſe commixti cernuntur, Ej. loci.

53. Coloris carnei marmor, ſpeculis rubris & albis mirandum in modum inter ſe mixtis, ex ſic dicto loco Hurtigwagen Præfecturæ *Thierbacenſis*.

54. Marmor ſerpentinum, colorem ceraſorum brunnum & admodum rubellum inter ſe mixtum referens, weichſelbraun und gantz röhtlicht melirter Serpentin-Stein/ quod rariſſimum cenſetur,

tur, effossum ex nuper adeo detecta lapicidina Præfecturæ *Stockenrothensis.*

55. Lapis serpentinus obscure brunnus, curiosis pavonum speculis notatus. Ej. loci.

56. Idem obscure viridis, striatus & speculis distinctus, ex eadem fodina.

57. Idem clare lucideque viridis admodum subtilibus lineis & figuris, Zeichnungen / speculisque nigris notatus.

58. Idem nubeculis viridibus & atris, maculis aureis vel potius Talco flavo hinc inde scadens, ad marmora refertur rarissime obvia, ex superiori lapicidina ad Röhrenhof non procul Gold-Cronach.

59. Idem maculis parvis & subtilibus argentei splendoris, vel rectius Talco albo undique refertus. Ej. loci.

60. Idem clare lucideque viridis, recht licht Zeisig-grüner / admodum rarus, maculis nigris subtilibus distinctus, ex inferiori fodina ej. loci.

61. Marmor album splendidum ad molam pratensem infra urbem *Wunsideliam* obvium. Major dictæ urbis pars fundamentum habet ex hoc lapide, imo integra moenia ex hoc marmore ædificata sunt est quidem ex parte molle & friabile, & quadantenus pellucidum, interim tamen optimi lapides sepulchrales & res aliæ ex eo parantur.

62. Idem paulo durius, ej. loci. Mentionem ejus jam Bruschius & descriptio montis Piniferi fecerunt.

63. Marmor *Byruthinum* variegatum pyrite prægnans & refertum.

64. Marmor serpentinum nigricans *Goldcronachense.*

65. Idem viridiusculum ejusd. loci. Die ausführliche Beschreibung des Fichtelbergs / qui liber an. 1716. in 4t. prodiit, silentium plane peplo involvit jam memorata præstantissima *montis Pineferi* marmora, & unius tantum ex rubro variegati ad *Lichtenbergam* obvii p. 113. mentionem duobus verbis comprehensam injecit.

Reliqua marmora, quæ in Musæo nostro asservantur, quamprimum tempus nobis vacuum erit, perlibenter communicabimus Tecum, interim vale, Amice carissime, & Tuum me esse totum crede. Wolffenbüt. d. 1. Sept. 1730.


Ep: IV.
Fig: I.
Tab: I.
O.
A.
C.
D.
K.
O.
O.
O.
O.
Fig: II.
M.
O
N.


Ep.It.I



XIV.



VIII.




Fig. I.



II.



III.



IV.



V.




IX.



XIII.




VI.



VII.



XV.




X.




XI.



XII.



XII.



Ep. It. IV

Tab. II

Fig. III






Fig. II







*S. Maria ad Stellam in Tœxa.*

Ep: It: VII.





Ep: Jt: VII. b.











Ep: Itiner: VIII.











I.G.S. fc:



Ep: It: X.





















I.G.S. sc.







Ep: It XI.

Fig: I.



II.



III.




IV.



VII.



VI.



XI.



XII.




V



VIII.




X.




IX.





IX.



XIII.





Fig: I.


II.
J.G.S. sc.

*Ad Ep: II: XIX Tab: I.*



Ad Ep: It: XIX: Tab: II.




Ad: Ep: Itiner: XXIII. Tab: III.

Fig: I.










Ad Ep: I.t.xx. Tab: I.

1.




2.



3.



4.



5.





Fig: I. Ad Ep: 14:XX. Tab: II.



II.




V.



VI.




VII.



III.



IV.












Fig: I.

Ad: Ep: It: XXIII: Tab: II.

I.



V.




VI.




II.




VII.



VI.




III.



VIII.



IV.



Ep.It.XVI.



S. LIBORIUS.




S. WALDBURGA.